ANAXAGORAE DOCTRINA DE REBUS ANIMATIS.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM ACADEMIA REGIA
MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XXIV. MENSIS MARTII A. MDCCCLXVIII

IN PUBLICO DEFENDET

HENRICUS BECKEL,

MONASTERIENSIS.

MONASTERII.

TYPIS COPPENRATHIANIS.

MDCCCLXVIII.

PARENTIBUS.

Res, quam mihi persequendam proposui, duabus partibus continebitur: prior pars amplectetur doctrinam de origine animantium, i. e. hominum, animalium, plantarum, altera doctrinam de essentia incorporali, omnia, quae vitam habent, regente, quam, a materia plane diversam, primus philosophorum Anaxagoras Clazomenius reperisse dicitur, quamque ipse *νόον* nominabat — nobis Animum vertere liceat —; in parte priore explicabitur, quae ratio sit inter quattuor Anaxagorae genera, si ita vocare licet, materialia, quae ad Empedoclis elementa spectant, in formandis rebus animatis, in altera doctrina de Animo, quatenus omnibus, quae vigent vivuntque, inesse docuit philosophus.

In hac re diiudicanda maxime praemonuerim, ex Anaxagorae sententia nullam rem corpoream ita comparatam esse, ut, si eam partiri velis, partes denique individuae evadant, atque ut alia ab alia prorsus differat, sed cuivis rei cum qualibet talem esse affinitatem, ut etiamsi omnino aliae esse videantur, tamen diversitas non cernatur, nisi eo, quod una maiorem certarum particularum copiam habeat, quam altera. Particulas illas, quibus receptis tota fere eius physiologia nititur, quibusque Aristotelem demum ex sua doctrina nomen *ὁμοιομερῆ* dedisse accuratissima disquisitione docet Breier,[1] ipse vocabat modo *σπέρματα πάντων χρημάτων*,[2] modo *σπέρματα*,[3] modo minus accurate *χρήματα*.[4]) His seminibus firmavit placitum: Nihil fit; omnia sunt.

---

[1]) In priore parte libelli: Die Philosophie des Anaxag. von Klazom. nach Aristoteles. Berl. 1840 p. 1—54. Breierum secuti sunt recentissimi fere omnes, etiam Ed. Zeller in: Die Philosophie der Griechen. Zweite, völlig umgearbeitete Aufl. Tüb. 1856. I. p. 672 seq. cf. p. 673, nota 1.

[2]) cf. fragm. 3 ed. Wilh. Schorn (Bonn. 1829), cuius numeros iure secutus est Mullach Fragm. philos. Graec; eundem locum obtinet hoc fragm. in ed. Ed. Schaubachii (Lips. 1827), cuius numeris utitur Zeller.

[3]) cf. fr. 4 ed. Schorn (6 ed Schaub.) — [4]) Ibid. et fr. 6 (8).

Hanc seminum infinitam multitudinem quemadmodum cogitarit philosophus, aliaque, quae nobis respicienda erunt, diligentissime elaborata et disposita invenies in libro Zelleriano: Die Philosophie der Griechen I. p. 663 seqq.

Pars prior.

De origine animantium.

§. 1.

Unde et qui sint ἀήρ et αἰθήρ.

Anaxagoras apud Simplicium [1]) docet: Initio omnia erant chaos, [2]) constans ex aëris aetherisque mixtione (cf. Dissert. p. 3, 1).

At, quum Animus advenisset, secretio facta est, ita ut brevi tempore post non duae, sed tres partes omnium rerum exstiterint: incondita infinitae multitudinis homoeomeriarum moles, [3]) quae perpetuo et circulari motu, quo movetur id, quod secretum est, tangitur; et orbis corporeus semper crescens, qui tamen particulas non iam plane mixtas continet, sed in duas partes, quamquam rudi modo, separatas, aëra et aethera.

Quod ἀέρα Anaxagoreum accurate verti aëra, causa ea est, quod verebar ne quis massam, quae initio ab aethere secreta est, pro eo haberet, quod postea, mundo per separationem et coniunctionem rerum constructo, erat ἀήρ, latine aër vel aura, nostrum Luft. Minime enim erat iam aura, sed rudis gravium, densarum,

---

[1]) Comment. in Aristot. Phys. variis locis.

[2]) Fr. 1. Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν.

[3]) Fr. 3. Καὶ γὰρ ὁ ἀήρ τε καὶ ὁ αἰθὴρ (cf. Dissert. p. 4.) ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοῦ πολλοῦ· (Schorn legendum esse coniicit: ἀπὸ τοῦ τὰ πολλὰ περιέχοντος, cf. idem p. 19) καὶ τό γε περιέχον ἄπειρόν ἐστι τὸ πλῆθος.

frigidarum, humidarum, obscurarum rerum congeries,[1]) quae in fragm. 9 (20) appellatur *νεφέλαι*, nebulae, Dunstmasse, ex qua

[1]) cf. fr. 8 (19). Τὸ μὲν πυκνὸν καὶ διερὸν καὶ ψυχρὸν καὶ τὸ ζοφερὸν ἐνθάδε συνεχώρησεν, ἔνθα νῦν ἡ γῆ· τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ λαμπρὸν ἐξεχώρησεν ἐς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος. cf. fr. 4 (6) et fr. 6 (8).

Vere autem omnia, quae sunt, vocibus ἀήρ et αἰθήρ amplexum esse philosophum, recte colligit Zeller H. Ritterum (Gesch. d. Jon. Phil. p. 276, Gesch. d. Philos. p. 321), Zevortium (Dissertation sur la vie et la doctrine d'Anaxagore Par. 1843 p. 105) secutus l. c. p. 688, nota 4 ex his quattuor locis: fr. 1; fr. 2; Aristot. de coelo III, 3; Theophr. de sensu c. 59.

Habet enim Aristot. l. c. (p. 302, a, 28 ed. Bekker) haec: Ἀναξαγόρας δ' Ἐμπεδοκλεῖ ἐναντίως λέγει περὶ τῶν στοιχείων. Ὁ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις στοιχεῖά φησιν εἶναι τῶν σωμάτων καὶ συγκεῖσθαι πάντ' ἐκ τούτων, Ἀναξαγόρας δὲ τοὐναντίον· τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα (λέγω δ' οἷον σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον), ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μῖγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων· εἶναι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐξ ἀοράτων ὁμοιομερῶν πάντων ἠθροισμένων. Διὸ καὶ γίγνεσθαι πάντ' ἐκ τούτων (sc. τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ πυρὸς)· τὸ γὰρ πῦρ καὶ τὸν αἰθέρα προςαγορεύει ταὐτό. Non minus lucutenta disputat Theophrastus l. c. — ὅτι τὸ μὲν μανὸν καὶ λεπτὸν θερμὸν, τὸ δὲ πυκνὸν καὶ παχὺ ψυχρὸν· ὥσπερ Ἀναξαγόρας διαιρεῖ τὸν ἀέρα καὶ τὸν αἰθέρα.

Quod Aristotelem et Theophrastum, gravissimi sane iudicii utrumque, censuisse certissimum est, de exiguis ipsius Anaxagorae, quae supersunt, verbis potest demonstrari. Est enim fragm. 1. hoc:

Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα· καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. Καὶ πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲν ἔνδηλον ἦν ὑπὸ σμικρότητος· πάντα γαρ ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν, ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα· ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖσι σύμπασι καὶ πλήθεϊ καὶ μεγάθεϊ.

Quodsi vulgari modo locum expedimus, ultimum πάντα, quamquam bis antea (Ὁμοῦ πάντα - Καὶ πάντων ὁμοῦ) cum insigni gravitate dictum omnia, quae sunt, significare patet, arctiore sensu: „omnia, quae praeter aëra et aethera sunt" accipiendum esse liquet. Quod quomodo recte fieri possit, omnino non intelligo. Plurimos vero interpretum hanc difficultatem non animadvertisse, non tam horum negligentiae, quam Anaxagorae ipsius propriae pauloque abstrusiori dicendi rationi, qua verba: „omnia et aër et aether continebat" sensu: „universa materia constabat ex aëris aetherisque mixtura" accipi vult, tribuendum videtur.

Ex. gr. Schorn, recte quidem castigans Schaubachium, quod κατέχειν vertat „circumdare" (Mullach, novissimus interpres, multo pravius: „Cuncta enim aër et aether, ambo infiniti, pervagabantur;" cf. Aristot. Phys. III, 5. 205. b, 1.) sic disputat (p. 17): „Aër et aether non circumdabant ceteram mixtionem, non tenebant locum superiorem, sed reliqua continebant, penetrabant, primas partes agebant, ceteris antecellebant, quod constabat ex iis mixtionis pars longe maxima."

postmodum humida omnia et densa secreta sunt, ita ut ex nebulis aqua, ex aqua terra concreverit (fr. 9 [20]).

Tum demum apparuit clarior aër, i. e., qui vulgo dicitur aër, ab aqua et terra, quas perpetuo tangit, diversus.[1]) Aether

---

Explicationem vero, quam equidem unice rectam habeo, probat insuper quum appositio: ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα, qua praestans, qui utrique traditur, locus maxima, quin insolenti quadam perspicuitate describitur, tum eadem in genere neutro adhibita, quae constructio verborum fluxit quidem ex non raro dicendi modo, quo etiam Anaxagoras fr. 6 (8) dicit: Νόος δέ ἐστιν ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς κτλ; sed multo insolentior videtur. (Accedit ad hanc structuram Thuc. II, 35. Ἐμοὶ (Periclem puta) δ' ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει εἶναι ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων ἔργῳ καὶ δηλοῦσθαι τὰς τιμὰς, οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε, ad quae optime annotat Classen (p. 50): Οἷα-παρασκ. nach τιμὰς, um dem Umfang derselben freien Spielraum zu lassen.)

Itaque enuntiatum causale: ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖσι σύμπασι καὶ πλήθεϊ καὶ μεγάθεϊ sic interpretandum est: Ex eo, quod aër et aether maximi omnibus insunt, consequitur, omnia aëris aetherisque nominibus esse comprehendenda.

Neque vero impedimento esse, quod dicit πάντα γὰρ, apparebit, si rationem, quae inter hanc sententiam et praecedentem intercedat, recte intellexeris. Non enim causam affert ad οὐδὲν ἔνδηλον ἦν, quae cernitur in ὑπὸ σμικρότητος, sed non tam causam, quam explicationem inducit bis positi illius: πάντα ὁμοῦ, ita ut auctor a generali totius mixtionis descriptione procedat ad duas res contrarias, ex quibus eam constare putat.

Novo disputatis argumento est fr. 2. Καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ τε καὶ ὁ αἰθὴρ (sic ed. Veneta, quam secuti sunt omnes, etiam Zeller l. c.; contra codex D. habet: ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ) ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοῦ πολλοῦ· (cf. Dissert. p. 2, 3.) καὶ τό γε περιέχον ἄπειρόν ἐστι τὸ πλῆθος.

Nam, quum omnes res commixtae fuissent, non id solum, quod postea erat aër et aether, separatum esse, manifestum est. Hoc non intellexisse videtur, qui primus Simplicii commentarios edendos curavit, teste Schornio (p. 18) contra auctoritatem codicis D scribens ὁ ἀήρ τε καὶ ὁ αἰθήρ.

Itaque nullam habeo causam, cur non genuinam scripturam revocandam esse iudicem. Cf. quod Schorn ad fr. 1. annotat: „ἀὴρ et αἰθὴρ non hunc, quem videmus, aëra et aethera significat, sed eorum semina, *sin secus*, addi articulum sane convenientius fuit, *ut in fr. 2.*"

Clarissimis igitur auctoribus et ipsis Anaxagorae verbis testibus, nullo modo dubitandum videtur, quin aëris aetherisque nominibus omnia complexus sit philosophus; quam doctrinam, quamquam maioris sane momenti est, neque Schwegler (Gesch. d. griech. Philos.) neque Ueberweg (Grundriss d. Gesch. d. Philos.) animadvertit. —

[1]) cf. fr. 6 (8): Καὶ ὁκοῖα ἔμελλεν ἔσεσθαι καὶ ὁκοῖα ἦν — πάντα διεκόσμησε

vero, aëris vicinus,[1]) iam inde ab initio sic fere comparatus erat, ut etiam postea, et nunc est, praeter quod lapides quosdam, vi motionis a terra sublatos, in gremium suum recepit, quos igneos reddidit.[2]) Ipse enim res leves, tenues, calidas, aridas, claras continet; neque alias res, quae eodem modo ab aethere, quo ab aëre aqua et terra, diversae sint, e sinu suo secrevit. Est igitur pro sua natura quodammodo simplicior et perfectior.

Quibus expositis quaeritur, cur et quo iure his duobus naturalibus principiis usus sit philosophus, vel quid vere significent haec vocabula Clazomenio.

Haec investigandi facultatem dat imprimis Aristot. de coelo I, 3. 270, b, 20: — *(διόπερ) ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος τοῦ πρώτου σώματος* (sc. *τοῦ οὐρανοῦ* cf. b, 15) *παρὰ γῆν καὶ πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, αἰθέρα προςωνόμασαν* (sc. *οἱ ἀρχαῖοι* cf. b, 17) *τὸν ἀνωτάτω τόπον ἀπὸ τοῦ θεῖν ἀεὶ τὸν ἀΐδιον χρόνον θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ· Ἀναξαγόρας δὲ κατακέχρηται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς· ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός,*[3]) — et Meteor. I, 3. 339, b, 21: *Ὁ γὰρ λεγόμενος αἰθὴρ παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν Ἀναξαγόρας μὲν τῷ πυρὶ ταὐτὸν*[4]) *ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ σημαίνειν· τά τε γὰρ ἄνω πλήρη πυρὸς εἶναι, κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν ἐνόμισεν, τοῦτο μὲν ὀρθῶς νομίσας· τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα θέον ἅμα θεῖόν τι τὴν φύσιν ἐοίκασιν ὑπολαβεῖν, καὶ διώρισαν ὀνομάζειν αἰθέρα τὸ τοιοῦτον ὡς ὂν οὐδενὶ τῶν παρ' ἡμῖν τὸ αὐτό.*

Quod ad locum posteriorem attinet, monendum est, Aristote-

νόος, καὶ τὴν περιχώρησιν ταύτην, ἣν νῦν περιχωρέει τά τε ἄστρα καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθήρ, οἱ ἀποκρινόμενοι.

1) Arist. Meteor. I, 3. 339, b, 30. Ὅσοι δὲ πῦρ καθαρὸν εἶναί φασι τὸ περιέχον καὶ μὴ μόνον τὰ φερόμενα σώματα, τὸ δὲ μεταξὺ γῆς καὶ τῶν ἄστρων ἀέρα κ. τ. λ.

2) cf. Zeller. l. c. I. p. 689 nota 3.

3) Jam inde, Anaxagoram vocem αἰθήρ ab αἴθειν originem trahere censuisse, quod Simplicius ad h. l. fol. 27, b (ed. Venet.) annotat his verbis: Ἐπιλαμβάνεται δὲ (sc. ὁ Ἀριστοτέλης) Ἀναξαγόρου οὐ καλῶς ἐτυμολογοῦντος τὸ τοῦ αἰθέρος ὄνομα ἀπὸ τοῦ αἴθειν κ. τ. λ., per se patet.

4) cf. de coelo III, 3. 302, b, 4. Meteor. II, 9. 369, b, 14.

lem ambigue dicere μοὶ δοκεῖ, quocum congruit, quod paucis post verbis (339, b, 30) legitur: Ὅσοι δὲ πῦρ καθαρὸν εἶναί φασι τὸ περιέχον καὶ μὴ μόνον τὸ φερόμενα σώματα κ. τ. λ. — quibus Anaxagoram castigari sententiarum conexus docet.

Sane ignem coelestem puriorem, quam terrestrem, alienis rebus mixtum, fuisse putaverit Anaxagoras. Sed discrimen eius modi nullius fere momenti esse videtur, neque cum discrimine, quod ipse inter aëra et aquam et terram posuit, neque vero cum eo, quod Aristoteles inter quattuor elementa et inter aethera statuit, quem ab ἀεὶ θεῖν derivans ab omnibus, quae in terra sunt, ipsoque igne [1]) diversissimum, immo animatum [2]) et divinum, [3]) cuiusque incolas — sidera dico — multo diviniores quam homines [4]) duxit, ullo modo comparari potest.

In hoc conveniunt alia, a variis scriptoribus tradita, [5]) unde manifestum fit, diversitatem, si quam inter ignis et aetheris naturam statuerit, talem esse, ut plane omitti possit.

Quodsi quis quaerit, cur non altera voce πῦρ, ab omnibus pro igne accepta, hoc rerum principium significaverit, respondeo: Et quia vocem αἰθήρ ab αἴθειν originem habere recte cognovit, — ita ut genuina aetheris notio omne flagrans amplectatur — et quia id, quod potissimum ignem esse putabat, ab omnibus appellabatur αἰθήρ, non πῦρ.

Tamen, quod ostendimus, non tanti est momenti, quanti illud, quod philosophum docuisse scimus, aethera esse flammeum. Nam non solum facilis et laudabilis est haec derivatio vocabuli αἰθήρ, sed ita etiam id assecutus est Anaxagoras, ut eadem vox omnibus

---

1) cf. de coelo I, 3. (Dissert. p. 5) — ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος τοῦ πρώτου σώματος (sc. τοῦ οὐρανοῦ) παρὰ γῆν καί πῦρ κ. τ. λ., ubi Aristoteles suam doctrinam veterum opinionibus probare studet.

2) cf. de coelo II, 2. 285, a, 29.

3) cf. Meteor. I, 3. 339, b, 25 (Diss. p. 5) Gen. an. II, 3. 736, b, 29.

4) Eth. Nicom. VI, 7. 1141, a, 34.

5) Plut. Plac. phil. II, 13, 3. Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν. — Origen. Philosoph. ed. Miller p. 14. Ἥλιον δὲ καὶ σελήνην καὶ πάντα τὰ ἄστρα λίθους εἶναι ἐμπύρους. — Diog. Laert. II, 8. Οὗτος (sc. ὁ Ἀν.) ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον. cf. Suid. s. v. Ἀν.

rerum qualitatibus vere congrueret, quas massae illi aetheriae tribuit. Ita enim *αἰθήρ*, qui in omnium hominum perceptione purus est, perspicuus, tener, levis, est etiam calidus adeoque siccus.

Simili modo altera notio, contraria, *ἀήρ*, ad omnes qualitates accommodata est, quas huic rerum generi proprias esse docet Anaxagoras. Ne vocis etymologia, quae dicitur, pro argumento utar — quamquam ab origine vocis notionem rei frigidae profectam esse, non nego aliquam probabilitatem [1]) habere — significatio rei obscurae inde concludi potest, quod quum sole absente umbra exsistit tum post occasum eius ingens, qui nos circumdat, aër, obscurus est — est vero non solum obscurus, sed etiam frigidus; quare equidem notionem frigoris potius de absentia solis, quam de venti flatu deduxerim. Denique humoris, crassitudinis gravitatisque notiones nimirum eo ortae sunt, quod auram nonnunquam nebulis variisque vaporibus mixtam conspicimus. [2])

Tamen patet, aquam [3]) quoque et terram omnes easdem habere qualitates. Causam vero, cur neque hanc neque illam pro

---

[1]) Etenim, quae Stephanus Thesaur. l. gr. s. v. habet (p. 798): „Etymologicum (23, 7) vult ἀήρ derivatum esse vel ab αἴρω, quia in eo animalia quaedam αἴρονται, i. e. sursum attolluntur, vel quod sit κοῦφος, i. e. levis, quia αἴρειν est κουφίζειν, et αἴρεσθαι κουφίζεσθαι, aut ex ἄω, i. e. spiro, flo, quod eius motus ventum efficiat. Apud Plat. (Cratyl. 410 B) habentur tres etymologiae, vel quia αἴρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, vel quia semper fluit, vel quia ex eo fluente fit spiritus“ — novissimis virorum doctorum studiis in antiquissimarum linguarum cognitione collatis omnino sunt victa, quibus pro certissimo redditum est, vocem ἀήρ neque ab αἴρειν, neque ab ἀεὶ ῥεῖν (cf. Plato l. c. ἢ ὅτι ἀεὶ ῥεῖ:) neque, si quam accuratissime disputamus, ab ἀέναι originem trahere, sed et ἀήρ, et ἀέναι et ἄειν, et αὔρα et ἄελλα et Latinorum „ventus“ a stirpe ἀϜ, Sanscrit., Zend. vâ, spirare, esse derivanda; cf. Curtius Grundzüge der griech. Etymol. p. 347.

[2]) Non raro apud antiquos vox ἀήρ significat nebulas, nubes; cf. Hom. Il. III, 381 — ἐκάλυψε ἠέρι πολλῇ. Ibid. V, 776 — περὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν. Ibid. VIII, 50.

[3]) Hinc non mirandum est, eo progressum esse philosophum, ut ipsam nivem nigram esse contenderet. cf. Sextus Empir. Pyrrh. hypotyp. I, 13, 33. Νοούμενα δὲ (ἀντιτίθεμεν) φαινομένοις, ὡς ὁ Ἀναξαγόρας τῷ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα ἀντετίθει ὅτι ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός. Τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν· καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστιν. Ceteros locos vide apud Mullach. l. c. p. 246, 28.

altero naturali rerum principio acceperit, Anaxagoras ipse promit in fragm. 1: *πάντα γὰρ ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν, ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα· ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖσι σύμπασι κτλ.*

Jam, hac quaestione absoluta, prorsus luculenter apparet, cur Anaxagoras vocem *αἰθήρ* neque ab *ἀεὶ θεῖν*, neque vero ab *ἀέναι* derivarit, quod facit Lobeck Pathol. serm. gr. prolegg. p. 58.

§. 2.

Doctrina de aëre et aethere in formandis singulis rebus animatis.

Anaxagorae de origine rerum viventium doctrina, non quidem a Simplicio ipsius verbis tradita, sed a compluribus scriptoribus breviter memorata, est haec:

Aqua et terra tam necessariae sunt ad formandas res, ut sine his nulla sit res animata. Tamen neque solae, neque mixtae inter se rem animatam fingere possunt. Id tum evenit, quum ad utriusque rerum generis particulas particulae aut tertii aut quarti generis accedunt, quae, ut ita dicam, masculini sunt sexus. Hae igitur id commune habent cum aqua et terra, ut neque solae neque mixtae inter se rem animatam possint formare; eo tamen diversae sunt, quod non quaevis res eas eodem modo continet, quo aquae et terrae particulas. Itaque aquae cum terra mixtio est quodammodo principium femininum; aër aut aether principium est masculinum. Inde sequitur, diversitatem rerum animantium aptam esse de patris diversitate; nam matris diversitas nulla est. Itaque docet: Res aëre genitae sunt plantae, aethere animalia et homines.

Hoc placitum ex quattuor locorum comparatione haud difficile intelligitur. Sunt:

Theophr. Hist. plant. III, 1, 4 (ed. Schneider) *Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν*[1]) *τὰ φυτά.*

---

[1]) Animadvertendum videtur, et Anaxagoram, si revera ipse dixit ἀέρα

Irenaeus adv. haeres. II. c. 14, 2: Anaxagoras autem, qui et atheus cognominatus est, dogmatizavit, facta animalia decidentibus e coelo in terram seminibus.

Origen. Philosoph. ed. E. Miller p. 15. *Ζῷα δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν ὑγρῷ γενέσθαι, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξ ἀλλήλων.*[1])

Diogenes Laert. II, 9. *Ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους· ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων.*

Hanc propriam Anaxagorae doctrinam non omni ex parte recte tradit Schwegler: Gesch. der griech. Philos. p. 40: „Befruchtet von den ursprünglich in Luft und Aether enthaltenen Keimen des Organischen erzeugte die Erde Pflanzen und die höheren lebenden Wesen." Non enim exprimit aquam quoque ad generanda animantia necessariam esse docuisse philosophum. Id quidem recte notat Ueberweg (Grundriss), qui tamen de patre animantium, postquam in editione priore, Anaxagoram plantas animaliaque aethere nata esse, dixit, in altera ita iudicat: (p. 63) „Pflanzen und Thiere sind entstanden, indem die feuchte Erde von den in der Luft enthaltenen Keimen befruchtet wurde."

γεννᾶν τὰ φυτά, et nos, si de patre et matre animantium loquimur, imagine uti, quae propterea recte se habeat, quod ipse aethera perpetua motione agitari, motionesque suas in aëra propagare (cf. fr. 6 [8] — καὶ τὴν περιχώρησιν ταύτην, ἣν νῦν περιχωρέει τά τε ἄστρα καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθήρ κ. τ. λ.), terram vero ob latitudinem (cf. Arist. de coelo II 13. 294, b, 13) ab aethere aëris medio vult ita circumdari tenerique, ut in eodem semper loco, qui est in medio universi, haesitet (cf. Plat. Phaed. p. 99 B.)

Unde Euripides, qui Anaxagorae discipulus fuisse traditur, — quo, ut videtur, simplicitati imaginis carminumque suavitati consuleret, aetheris voce aëra quoque amplectens — cecinit:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις.

(Incert. fab. 1. Nr. 836 ed Wagn.) atque:

— Καὶ Γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

(Incert. fab. 168 Nr. 997.)

cf. fragm. inc. 161 Nr. 990: Αἰθέρα καὶ Γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.

Etiam plantas aethere natas esse accurate expressum est in fr. 839 inc. fab. 4. v. 9 seqq. et in fr. Chrysipp. 833. v. 5.

[1]) Originem ad verbum fere exscripsit Hippolyt. Refut. omn. haer. I, 8.

Jam non prorsus irritum esse videtur, causam, licet simplex sit, cur Anaxagoras aëra pro plantarum patre acceperit, paulo accuratius disserere.

Primus enim fuisse videtur, qui plantas aëris seminibus natas esse docuerit; namque de animalium generationis modo iam Anaximander et Parmenides similia protulerant.

Causam eam esse opinor, quod non solum in plantis auram, in animalibus ignem, sed plurimas quoque in plantis aurae, in animalibus ignis invenerit qualitates: Haec quodammodo calida sunt, illae frigidae, haec candida, illae obscurae, haec levia, illae graves, haec tenuia, illae densae. Namque ignem rubor sanguinis in corpore et in singulis eius partibus externis, ut in genis hominum, calorem tactus, candorem hominum imprimis facies, tenuitatem mollitia, levitatem ipsam libera volubilitas et mobilitas corporum indicare videtur. Contra pro sanguine aura inest in plantarum fistulis et cavernis; frigidas esse et obscuras tactu et visu facile comperimus; quin crassitudinem gravitatemque duritia fixusque eorum in terra status notare videtur.

Lucem accipiunt dicta de fr. 1. *Πάντα γὰρ ἀὴρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχεν· — ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστιν ἐν τοῖσι σύμπασι καὶ πλήθεϊ καὶ μεγάθεϊ.*

Ceterum hoc potissimum loco iterum monere liceat, in Anaxagorae doctrina nihil absolute dici de rerum qualitatibus, quia *ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστιν* (fr. 5 [7]), et *μοῖραι δὲ πολλαὶ πολλῶν εἰσιν* (fr. 6 [8]), atque *ὅτεῳ πλεῖστα ἔνι, ταῦτα ἐνδηλότατα, ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν* (ultima eiusdem fragmenti verba); sed de maioribus aut minoribus qualitatibus.

§. 3.

Placitum de animalium origine.

Praemonendum est, ad Anaxagorae sententiam, quum animalia orerentur, faciem terrae, quam colimus, nondum talem fuisse, qualis post erat, sed non solum aquam et terram, quamvis

ab aëre separatae essent, a se nullo fere modo fuisse secretas, ita ut in terrae superficie maxima coeni copia apparuerit,[1]) verum etiam inter hanc mixturam et aethera eam rationem fuisse, ut solis astrorumque ceterorum radiis mixtionis superficies perpetuo tacta sit.[2])

---

[1]) cf Plut. Plac. phil. III, 16, 2. Ἀναξαγόρας, τοῦ κατ᾽ ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι. — Origen. Philos. p. 14. — Diog. L. II, 8 (Οὕτω γὰρ) ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας οὔσης τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι, διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν.

[2]) Diog. Laert. II, 9: Τὰ δ᾽ἄστρα κατ᾽ ἀρχὰς μὲν θολοειδῶς ἐνεχθῆναι, ὥστε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον, ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν. — Vocabulum θολοειδῶς versum legitur in interpretatione Ambrosii, quam emendatam textuique subiunctam edidit Henricus Gustavus Huebner (Vol. I. p. 88) sic: „turbato et confuso motu," ita ut h. 1. θολοειδής a θολός, vel θολόω, sensu: turbare, non a θόλος derivandum esse putetur. Sed, quod adiectivi indoles ususque vix pati videtur, nullo modo patitur sententia. Deest enim ad ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν iusta oppositio. Unice rectam explicationem habet Zeller l. c. p. 692, 693: „Um die Erde bewegten sich die Gestirne Anfangs seitlich, so dass der uns sichtbare Pol beständig senkrecht über der Mitte der Erdfläche stand, erst in der Folge entstand die schiefe Stellung der Erde, wegen der die Gestirne mit einem Theil ihrer Bahn unter ihr weggehen."

Ceterum coniicit Schaubach l. c. p. 175, 1, quem secutus est Mullach (Fragm. phil. graec. 246 nota 27), scribendum esse: τὴν γῆν ἔγκλισιν λαβεῖν.

Sed neque mutatio subiecti, cum pondere quodam in initio positi, ullo modo tolerari potest, neque impedit articulus τὴν, quominus genuinam lectionem sustentemus. Namque duplici ratione articulum recte defendi posse existimo. Vel enim positum esse censeo, ut inclinationem eiusmodi notaretur non Anaxagoram solum, sed multos etiam alios in primordio mundi factam esse putasse, vel ut demonstraretur ratio, in qua et olim fuissent et nunc versarentur terra et coelum.

Tamen valde dubium videri possit, utrum Anaxagoras coelum et astra, an terram inclinationem accepisse docuerit. Habet enim Plut. Plac. phil. II, 8, 1: Διογένης (καὶ) Ἀναξαγόρας, μετὰ τὸ συστῆναι τὸν κόσμον, καὶ τὰ ζῷα ἐκ τῆς γῆς ἐξαγαγεῖν, ἐγκλιθῆναί πως τὸν κόσμον ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἐς τὸ μεσημβρινὸν αὐτοῦ μέρος· ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μέν τινα ἀοίκητα γένηται, ἃ δ᾽ οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου.

Etenim ex ultimis verbis (ἃ δ᾽ οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου) aliquis facile possit colligere, Plutarchum terram minus accurate dixisse κόσμον, superficiem vero terrae, eo, quod significat, tempore lutulentam dixisse γῆν (τὰ ζῷα ἐκ τῆς γῆς ἐξαγαγεῖν). Sed haec opinio refutatur maxime eo, quod revera discrevisse Plutarchum inter eos, qui κόσμον (is est h. l. non totus mundus — quo enim, si id ponis, modo rationem inter terram et coelum mutatam esse intelligi potest?

Certissima de animalium primordio affert Diogenes L. l. c. *Ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους· ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων.*[1])

Non discrepat ab his verbis quod affert Irenaeus l. c. „Anaxagoras — dogmatizavit, facta animalia decidentibus e coelo in terram seminibus.“ Docet enim sententiarum contextus,[2]) Irenaeum hoc dogma ad eum finem referre, ut vehementer vituperet Anaxagoram, quod, quasi fabricatorem animalium non deum, sed semina aetherea vel particulas corporeas esse statuerit. Huic accommodavit verborum structuram, dicens non, facta esse animalia ex calido et terreno, sed decidentibus e coelo in terram seminibus. Itaque mirandum non est, quod paulo negligentius dixerit „terram“, non lutum.

Tertius auctor, qui placiti, quod tractamus, mentionem facit, est Origenes. l. c. *Ζῷα δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν ὑγρῷ γενέσθαι, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξ ἀλλήλων.* Patet vero, et notione *ὑγρὸν* lutum significari et locutione *ἐν ὑγρῷ* animalia aethere quoque egere docuisse Anaxagoram non excipi.

Tum praetereundum non est, tres, quod citavimus, auctores in eo consentire, quod hoc decretum de prima tantum animalium

---

— sed, quae extra terram sunt), et inter eos, qui terram inclinatam esse statuerint, patet ex operis citati libri III capite 12, quod inscribitur Περὶ ἐγκλίσεως γῆς, dum loci, quem attuli, titulus est: Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ἐγκεκλίσθαι;

Quod vero dicit μέρη τοῦ κόσμου, non τῆς γῆς, ratio fortasse ea est, quod et Diogenes Apolloniates astra, ut terram, spongiosa ex humidisque vaporibus facta esse docet (cf. Zeller. l. c., p. 197), unde probabile videri potuit, ea quoque animantia generare putasse, et Anaxagoras non terram solum, sed etiam lunam ab omnium animantium generibus cultam esse vult (cf. Dissert. p. 13, 3).

[1]) Tamen non genuina Anaxagorae esse verba, ordo ipse vocabulorum docere videtur. Nam Anaxagoram distinctius dixisse, neque θερμοῦ, quo aether significatur, inter ὑγροῦ et γεώδους, quae unam rem, lutum, notant, locasse opinor. Hunc potius incerto illo ὑγρὸν lutum significasse credam, Diogenemque, ne quis hanc vocem pro aqua acciperet, adiecisse καὶ γεώδους.

[2]) Pergit enim: „quod et hi ipsi (sc. qui Deum ignorant et qui dicuntur Philosophi“ cf. p. 319 ed. Stieren) in matris suae transtulerunt semina, et esse hoc semen seipsos, statim confitentes apud eos, qui sensum habent, et ipsos esse quae sunt Anaxagorae irreligiosi semina.“

origine accipiunt. Nam Diogenes habet — *γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων;* Irenaeus — facta (esse), Origenes distinctius *τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξ ἀλλήλων.* [1])

Restat, ut moneam, etiam Anaxagoram docuisse oportere, animalia primo ortu rudiore, quam postmodum, natura fuisse, hominemque ex tali bellua, qualis Anaximandro piscis [2]) est, prodiisse. Etenim aliud quoddam propterea credi non potest, quod animalia in coeno nata esse docet. Nam, etsi animalia ab animalibus nutrimenta cepisse existimare potuit philosophus, omnino nequivit arbitrari, homines, quales tunc erant, eodem, quo rude piscium genus, modo vitam sustinuisse in luto. Hoc per se clarum, cur disseram, causa est ea, quod cum hac sententia certare videtur mutilum fragm. 10 (4). — *ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι καὶ τἄλλα ζῷα, ὅσα ψυχὴν ἔχει· καὶ τοῖσί γε ἀνθρώποισιν εἶναι καὶ πόλιας συνῳκημένας καὶ ἔργα κατεσκευασμένα, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν, καὶ ἠέλιόν τε αὐτοῖσιν εἶναι καὶ σελήνην καὶ τἄλλα, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν, καὶ τὴν γῆν αὐτοῖσι φύειν πολλά τε καὶ παντοῖα, ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνήϊστα συνενεικάμενοι ἐς τὴν οἴκησιν χρέονται.* [3])

Nam verbum *συμπαγῆναι* proprie dictum est de primis fictionibus per componendas genuinas particulas materiales, ut fr. 9 (20) *Ἀπὸ τουτέων ἀποκρινομένων συμπήγνυται γῆ· — ἐκ δὲ τῆς γῆς λίθοι συμπήγνυνται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ.*

Quare equidem — „*ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι καὶ τἄλλα ζῷα*" sic interpreter: „eas belluas, e quibus postea homines fiebant et cetera animantia conficta esse."

Namque generationes in alia mundi parte alias esse statuisse

---

[1]) Ex hac in rebus consensu, in verbis diversitate concludi potest, non pendere unum ab altero.

[2]) cf. Plut. Quaestt. conv. VIII, 8, 4, 3. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐκεῖνος (sc. ὁ Ἀναξίμανδρος) ἰχθῦς καὶ ἀνθρώπους, ἀλλ᾽ ἐν ἰχθύσιν ἐγγενέσθαι τὸ πρῶτον ἀνθρώπους ἀποφαίνεται κτλ.

[3]) Aliam mundi partem, eamque lunam, describi (cf. Schorn. l. c. p. 38. Zell. l. c. p. 692, 3), quam item ab animantibus habitari putat philosophus, est verisimillimum. (cf. Diog. L. II, 8 — τὴν δὲ σελήνην οἰκήσεις ἔχειν καὶ λόφους καὶ φάραγγας. Plat. Apol. 26, D.)

Anaxagoram, quippe qui omnia in ea nostrae terrae aequalia esse doceret — *καὶ τἄλλα, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν* — non est, cur putemus.

Quid praeterea de diversa marium et feminarum origine docuerit, alia minoris momenti lege apud Zellerum c. l. p. 689, 1.

§. 4.

Placitum de plantarum origine.

Plantarum patrem aëra esse, unus tantummodo veterum nobis retulit; est vero testis gravissimus et Anaxagorae aetati ceteris multo propior, Theophrastus, cui hanc ob rem insuper maxima fides habenda est, quod in studio Anaxagorae de natura librorum occupatissimum fuisse scimus. Duorum enim opusculorum unum adversum Anaxagoram, alterum de eius philosophia scripsisse eum tradit Diogenes Laertius. [1])

Huius haec exstant verba in hist. plant. III, 1, 4. (*Ταύτας τε δὴ τὰς γενέσεις ὑποληπτέον εἶναι τῶν ἀγρίων* (sc. *φυτῶν*)· *καὶ ἔτι τὰς αὐτομάτους· ἃς καὶ οἱ φυσιολόγοι λέγουσιν.*) *Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα* [2]) *πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.* Verba *τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα* non ita explicanda sunt, ut aura omnia viventia oriri putarit; [3]) neque vero ad *πάντων* suppleri potest *φυτῶν*; sed haec verba alludunt ad Anaxagorae illud — *πάντα παντὸς μοῖραν μετέχει* (Fr. 16 [12]).

Dicit ergo Theophrastus, — quod nescienti sane mirum videri debet —, etiam auram, quae ab Empedocle, aliis, pro

---

[1]) V, 42: Θεοφράστου βιβλία τάδε — — πρὸς Ἀναξαγόραν α᾽ περὶ τῶν Ἀναξαγόρου α᾽. cf. Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 35, b: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἀναξαγόρου δευτέρῳ τάδε γράφων κτλ. cf. fol. 6, b; Aegidii Menagii observatio in hunc Diogenis locum (ed. Hueb. I, p. 619).

[2]) cf. Theophr. de caus. plant. I, 5, 2. Εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ ἀὴρ σπέρματα δίδωσι συγκαταφέρων, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας.

[3]) Hoc errore, ut videtur, ductus in alterum incidit Theodorus Gaza, quem secutus est Joh. Gottl. Schneider, qui versionem eius denuo recognitam edidit. Vertit enim hunc locum (Tom. II. p. 51) „Anaxagoras quidem aërem semina

elemento habetur, non esse elementum ad Anaxagorae sententiam, sed omnia alia continere eodem iure, quo aether, terra, aqua in se habeant omnia, atque hoc dogmate fundare Anaxagoram alterum: aër gignit plantas.

Ceterum non est arbitrandum, Theophrastum idem tempus, quod ceteri, qui de animalibus doctrinam referunt, significare. Hoc enim dissuadet quum praesentis temporis forma *γεννᾶν* tum verba *συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι*. Posteriora verba maxime docent, de tempore mundi magis ordinati, quo terra a sole siccata nebulis et aqua pluvia alitur, disputari. Nam si per verba quidem a Theophrasto relata eodem tempore, quo aqua a terra nondum discreta esset, plantas quoque natas esse philosophus docuisset, nullo modo perspici posset, quamobrem aquam ad eas procreandas ex nubibus delabi oportere putasset. [1])

Itaque quaeritur, num Theophrastum partem tantum Anaxagorae de plantis doctrinae retulisse censendum sit, ita ut tamen

---

omnium in se habere putabat, quibus cum aqua una delatis omnia, plantas quoque gigni," quamquam verba sequentia: Διογένης δὲ, σηπομένου τοῦ ὕδατος, καὶ μῖξιν τινα λαμβάνοντος πρὸς τὴν γῆν uterque sic reddidit: „Diogenes ex aqua putrescente, mistura quadam cum terra facta, plantas nasci existimat."

Non enim voce φυτά Anaxagoram omnia, quae vivunt, amplexum esse, ex comparatione huius Theophrastei cum locis modo (§. 3) tractatis, quibus ζῷα aethere orta esse comperimus statuisse, quosque non cum Ueberwegio (in editione altera cf. Dissert. p. 9) reiiciendos esse plurimis neque dubiis argumentis et docuimus et docebimus, luculenter apparet.

Versa autem vice nonnunquam φυτά voce ζῷα comprehendisse, elucet ex fr. 10 (4) — ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι καὶ τἆλλα ζῷα, ὅσα ψυχὴν ἔχει, collato cum hoc fragmenti sexti: Ὅσα τε ψυχὴν ἔχει, καὶ τὰ μέζω καὶ τὰ ἐλάσσω, πάντων νόος κρατέει, et cum Arist. de plant. I, 1. 815, a, 18. Ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῷα εἶναι (sc. τὰ φυτὰ) καὶ ἥδεσθαι κτλ.

[1]) Verba, quae leguntur apud Theophrastum nullo modo de tempore, quo animalia orta esse vult philosophus, explicari posse, non intellexisse videtur Zeller, tam perplexa disputans, ut, quod vere censuerit, vix erui possit. Dicit enim (p. 697): „Die erste Entstehung der Pflanzen erklärte er sich aus den Voraussetzungen seines Systems, indem er annahm, ihre Keime seien aus der Luft gekommen, die ja überhaupt ebenso, wie die übrigen Elemente, ein Gemenge aller möglichen Samen sein soll. Auf dieselbe Art sind ursprünglich auch die Thiere entstanden (Nota 5: Doch scheint ihre höhere Natur darin angedeutet, dass ihre Keime nicht aus der Luft und dem Feuchten, sondern aus

una cum ceteris animantibus plantas quoque factas esse putarit Anaxagoras.

Id vero existimasse physicum ne minimam quidem probabilitatem habere videtur, praesertim quum nequaquam intelligi possit, quomodo eo tempore, quo terra solis omniumque astrorum ardore perpetuo afficeretur, aëre i. e. frigore plantas in terrae superficie ortas esse putarit. Contra, si nonnisi post coeli inclinationem [1]) natas esse docuisse Anaxagoram putamus, apertum esse videtur, cur ex parte tempus fuisse voluerit, quo sol ceteraque sidera mixturae superficiem continuo illuminassent, et alterum, quo mundi inclinatione dierûm noctiumque vices exstitissent. [2]) Nimirum enim ad animalia generanda maiore aestu, qui tum efficitur, quum nullius noctis intercessione magna solis vis minuitur, opus fuisse

---

dem Aether, dem Feurigen, hergeleitet werden), indem die schlammige Erde von den im Aether enthaltenen Keimen befruchtet wurde."

Nam quid sibi vult: „Auf dieselbe Art," si, ut sequentia declarant, non ita accipi vult, ut animalia quoque aëre orta esse docuerit Anaxagoras? Nimirum nihil aliud exprimit, atque eodem coeno, quo animalia, etiam plantas generatas esse statuisse physiologum, qua in sententia Zellerum fuisse eo insuper probatur, quod prius de plantarum origine verba facit, quam de generatione animalium. Attamen in nota, omisso, quod ὕδωρ minus accurate vertit: das Feuchte, quae vox sine dubio multo latioris est notionis quam vox: aqua, Theophrastum sequens dicit: — dass ihre (der Thiere) Keime nicht aus der Luft und dem Feuchten, sondern aus dem Aether — hergeleitet werden.

Neque probem, quod dicit: „Doch scheint ihre höhere Natur darin angedeutet" — Namque haec Anaxagorae doctrina non tam dubia est, sed satis in aperto, ut ostendimus. Neque germanam causam, de qua animalium patrem aethera statuisset, eam fuisse putem, quod ea plantis perfectiora, sed quod has frigidas, illa calida invenisset, ex qua cum aethere coniunctione et affinitate, praestantiora esse animalia, per consecutionem demum effecisse credam.

[1]) Huic nulli impedimento est initium mutili fragmenti decimi — ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι καὶ τἆλλα ζῷα, ὅσα ψυχὴν ἔχει, ubi voce ζῷα plantas quoque notari diximus (p. 14, 3; 15). Nam huius fragmenti verbis generalem tantum alius mundi partis, ad nostram terram respondentis, descriptionem fieri, neque quidquam de certo, quo singula orta sint, ordine disseri, verborum ἠέλιόν τε αὐτοῖσιν εἶναι καὶ σελήνην καὶ τἆλλα κτλ. positio post verba: καὶ τοῖσί γε ἀνθρώποισιν εἶναι καὶ πόλιας συνῳκημένας· κτλ. aperte docet.

[2]) Causam enim, quam promit Plut. Plac. phil. II, 8 (cf. Dissert. p. 11 not. 2), post: ἐγκλιθῆναί πως τὸν κόσμον ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἐς τὸ μεσημβρινὸν αὐτοῦ μέρος· sic pergens: ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μέν τινα ἀοίκητα γένηται, ἃ δ' οἰκητὰ

censuit, contra frigore quodam, qui occasu solis efficitur, ad procreandas plantas. [1])

Alterum discrimen, quod inter animalium generationem posuisse videtur Anaxagoras et plantarum, est hoc:

Plantae quaedam post primordium et nunc quoque eadem ratione fiunt, qua initio, non item animalia.

Quod placitum non tam insanum est, quam forte videri possit. Ducere potuit eum ad hanc persuasionem vel id, quod terram imbribus rigatam magnam brevi tempore plantarum copiam generare videmus, [2]) vel id, quod diversissimas plantas, aliam inter aliam crescentes, vel abditis, desertis, inaccessis locis provenientes conspicimus. Etenim, quamquam credi non potest, Anaxagoram omnino fugisse, nonnullas plantas ipsorum seminibus propagari, tamen complures, quia semina nulla ederent, ab aura originem trahere videtur censuisse.

§. 5.

Eduardi Schaubachii [3]) verba de doctrina, quam tractavimus, Diogenis Laertii et Origenis locis (Diss. p. 9) allatis, sunt haec (p. 182):

μέρη τοῦ κόσμου, κατὰ ψῦξιν, καὶ ἐκπύρωσιν καὶ εὐκρασίαν. — nullam esse apparet. Etenim non intelligitur, cur Anaxagoras non putarit, terram a prima mundi structura in obliquo adversus astra statu fuisse.

[1]) Non abhorret ab hac opinione, quod lapides frigore confectos esse docet, priusquam animalia genita essent. Cf. fr. 9 (20): Ἀπὸ τουτέων ἀποκρινομένων συμπήγνυται γῆ· ἐκ μὲν γὰρ τῶν νεφελέων ὕδωρ ἀποκρίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος γῆ, ἐκ δὲ τῆς γῆς λίθοι συμπήγνυνται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· οὗτοι δὲ ἐκχωρέουσι μᾶλλον τοῦ ὕδατος. — Plut. Plac. phil. II, 13, 3. Ἀναξ. τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δ' εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναρπάζοντα πέτρους ἐκ τῆς γῆς καὶ καταφλέξαντα τούτους ἠστερικέναι. Cum his locis conferendus est Diog. L. II, 9 et Plut. l. c. II, 8 (Dissert. p. 11 nota 2).

Nam egregios aetheris in cetera effectus aptos esse iudicasse de lapidibus, quos incendit, i. e. de sideribus, eo elucet, quod astra in animalium primordio per diuturnum super terram versata esse docet.

[2]) cf. Theophr. l. c., ubi in verbis sequentibus Anaxagorae et Diogenis doctrinas respicit.

[3]) Anaxagorae Clazomenii fragmenta, quae supersunt, omnia, collecta commentarioque illustrata. Accedunt de vita et philosophia commentationes duae. Lips. 1827.

„„„Irenaeus adv. haer. II, 14. „Anaxagoras autem, qui et athéus cognominatus est, dogmatizavit, facta animalia decidentibus e coelo in terram seminibus.“ Quod haud reiiciendum esse monet similis ratio, qua plantarum originem explicuisse Anaxagoram teste Theophrasto mox videbimus: potest etiam coniungi cum iis, quae Diogenes L. habet atque Origenes. Nam solent seriores, ut Irenaeus, ex opinionibus veterum, haud satis perspicue enuntiatis, dogmata effingere, et si Anaxagoras ζῷα ἐξ ὑγροῦ et θερμοῦ nata esse modo dixerat, Irenaeus fortasse hoc effato adductus eum originem animantium a semine e coelo in terram demisso derivasse retulit.“““

Haesitat igitur Schaubach in eo, quod Irenaeus semen animalium — quae Schaubach vocat „animantia“ — delapsum esse e coelo refert, Diogenes et Origenes neque de semine neque de delapsu loquuntur.

Idem de plantarum generatione haec profert (p. 184): „Plantae vero originem traxerunt ex seminibus, quae ex aëre una cum aqua decidentia in terra excrescunt. Theophr. Hist. plant. (l. c.) Eodem modo animantia exorta esse, ex Irenaeo supra attulimus. Unde autem haec semina orta sint, ad Anaxagorae sententiam, et quo modo factum sit, ut aëre contineantur, hoc vix exputari poterit.“

Ut breviter dicam, Schaubach neque intelligit, plantas aëre, animalia aethere enata esse docuisse philosophum, neque vero, si quid idem de seminum delapsu professus sit, de propriis σπέρμασι doctrinae Anaxagoreae esse mentionem.

Ipse Anaxagoras sic philosophans nihil aliud nimirum dicere voluit, nisi vel lutum ab aetheris particulis affectum, i. e. calefactum, animalia parere, vel terram aqua pluvia rigatam ab aëreque refrigeratam generare plantas.

Legimus apud Aristot. de plant. I, 2. 817, a, 27. — *ἔφη πρὸς Λεχίνεον* (sc. *Ἀναξ.*), *ὅτι ἡ γῆ μήτηρ μέν ἐστι τῶν φυτῶν, ὁ δὲ ἥλιος πατήρ.* Hoc effatum a doctrina Anaxagorae explicata plane discedere videtur. Quid tamen re vera exprimere voluerit Anaxagoras, ab ipso Aristotele demonstratur.

Empedoclis enim, qui sexum femineum et masculinum inveniri in plantis statuerat, refutata sententia eo, quod ex hac consequi docet, plantas animalibus perfectiores esse, aliam causam, cur animalia plantas sua natura superent, eam esse addit, quod plantae ad generandas fruges re quadam externa egeant, non item animalia. Dicit enim (817, a, 19): *Καὶ πῶς, εἴπερ τὸ ζῷον οὐ δεῖται ἐν τῇ οἰκείᾳ γενέσει πράγματός τινος ἐξωτερικοῦ, τὸ δὲ φυτὸν τοῦτο δεῖται ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ ἔτους; δεῖται γὰρ ἡλίου καὶ εὐκρασίας καὶ τοῦ ἀέρος πλέον· καὶ τούτων δεῖται μᾶλλον ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐκφύσεως αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καί τις ἀρχὴ τῆς μὲν τροφῆς τῶν φυτῶν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ πάλιν ἀρχὴ ἑτέρα τῆς γενέσεως ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Εἶπε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας, ὅτι ἡ ὑγρότης τούτων ἐστὶν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἔφη πρὸς Λεχίνεον, ὅτι ἡ γῆ μήτηρ μέν ἐστι τῶν φυτῶν, ὁ δὲ ἥλιος πατήρ.*

Pars altera.

De Animo animantium.

§. 6.

Qui et quibus sit Animus.

Animus, quod ad primariam eius qualitatem attinet, causa est movens et totius mundi [1]) et singularum rerum animatarum.[2])

[1]) Fr. 6 (8) — καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι, ἔπειτε πλέον περιεχώρεε καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον (sc. ὁ νόος).

Nullam omnino fragmenti 2di (cf. Diss. p. 2, 3.) rationem habuisse nuperrime videtur Franc. Hoffmann, verba citata ita explicari posse censens, ut uno ictu tota materia commota sit.

Dicit enim in programmate, quod inscribitur: Ueber die Gottesidee des Anaxagoras, des Sokrates und des Platon,*) p. 8 haec: „Ob Anaxagoras den Weltgestaltungsprocess von Einem Punkte ausgehen lässt, oder von allen Punkten zugleich, und ob im letzteren Falle die Entmischung überall nur fortführend und steigernd, wird nicht ganz klar. Doch möchte die letztere Annahme weniger seltsam sein, obgleich Manchem vielleicht ein zeitlicher Anfang einen räumlichen zu erfordern scheinen könnte. (Nota: Wenn Einige die Stelle im achten Fragm. bei Schaubach: Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι, ἔπειτα πλεῖον περιχωρέει καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον auf den Anfang des Umschwungs von Einem Punkte des unendlichen Weltstoffs deuten, so fragt es sich, ob man darin den Unterschied des Kleinen und des Grossen, oder des Wenigen**) und des Vielen ausgedrückt findet. Im ersten Falle ergäbe sich die erste, im zweiten die zweite Auslegung.)“

Tamen ne omisso quidem fragm. 2do verba illa fragmenti 6ti altero eo, quem probat Hoffmann, modo expediri posse manifestum est. Tum enim verbum περιχωρεῖν accipitur non sensu: „circumagere“ sed: „motione secernere,“ quod, si ponis, dum pauca segregentur, omnia circumagi, absurdum est.

[2]) Ibid. Ὅσα τε ψυχὴν ἔχει, καὶ τὰ μέζω καὶ τὰ ἐλάσσω, πάντων νόος κρατέει. Cf. fr. 5 (7). Ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστι πλὴν νόου· ἔστιν οἷσι δὲ καὶ νόος ἔνι.

*) Wurceb. 1860. Gratulatus est hoc libello nomine universitatis Wurceburgensis Berolinensi universitati semisecularia solennia celebranti.

**) Putat ergo materiam per tenue, sed longissimum spatium extensam.

Nam, etsi et naturam et notionem Animi, quem ipse *νόον* appellabat, a mente hominum derivavit Clazomenius, ita ut per se ita comparatum esse Animum statueret, ut sine rerum cognoscendarum facultate non esse posset, qui vere esset, tamen hanc qualitatem ab altera, quae rerum movendarum vi cernitur, cogitando quidem ita discrevisse videtur philosophus, ut rerum agitandarum facultate quasi fundamento uteretur, in quo alteram firmaret.

Hoc ipsa eius verba, a Simplicio servata, docent,[1] e quibus elucet, summum Animi munus esse rerum, mundi generationi servientium, motionem; atque ob eam potissimum causam ab hac substantia, plane incorporea, subsidium sibi petivisse Anaxagoram, quod motionem tum mundi tum singularum rerum sine ea nullo modo explicari posse recte cognovit.

Huc accedit, quod persuasio de plantarum Animo adeoque cognitione non a mente earum profecta est, quia nullo modo potuit, sed a manifesta motione, qua incrementa accipiunt; unde mente quoque gaudere eas, coniectura assequi studuit. Legimus enim apud Aristotelem,[2] Anaxagoram plantas gaudii moerorisque compotes habuisse, propterea, quod eas folia modo edere modo remittere animadvertisset.

---

[1]) Simplex et proprium movendi verbum usurpat in fr. 7 (18): Ἐκεὶ ἤρξατο ὁ νόος κινέειν, ἀπὸ τοῦ κινεομένου παντὸς ἀπεκρίνετο, καὶ ὅσον ἐκίνησεν ὁ νόος, πᾶν τοῦτο διεκρίθη· κινεομένων δὲ καὶ διακρινομένων ἡ περιχώρησις πολλῷ μᾶλλον ἐποίεε διακρίνεσθαι.

Aliis eundem motum describentibus verbis creberrime utitur in fr. 6 (8). Sunt: περιχωρεῖν, quod ad modum motionis, ἀποκρίνειν, διακρίνειν, quae ad effectus spectant. Paulo plus, quam „movere“ significant, quae in eodem fr. leguntur: κρατεῖν, dominando movere, διακοσμεῖν, cum intellectu disponere. Cf. Arist. de an. I, 2. 404, a, 25.

[2]) cf. de plant. I, 1. 815, a, 15. Ἀναξ. μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐπιθυμίᾳ ταῦτα (sc. τά φυτὰ) κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται. Ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῷα εἶναι καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ τε ἀπορροῇ τῶν φύλλων καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων. — Ibid. 815, b, 16: Ὁ δὲ Ἀναξ. — καὶ νοῦν παὶ γνῶσιν εἶπον ἔχειν τὰ φυτά. — cf. Plut. Quaest, nat. I, initio.

Itaque hanc coniecturam fecisse videtur: Ut animalia sentiunt, quia sapiunt, sic plantae sapiunt, quia sentiunt.

Accedit, quod non animalia solum, ne iis quidem, quae in aqua vivunt,

Si vero primaria Animi facultas eo cernitur, quod motu mundum condiderit, quaeritur, quamobrem Anaxagoras singula quoque animantia quaedam singulis Animis moveri putarit, quae quaestio eadem est, atque altera, cur tantummodo plantas animaliaque eo instructa esse docuerit.

In hac re exponenda considerandum est, ex Anaxagorae sententia alia ratione regi mundum, alia res animatas: Mundus velut una motione conditus est, neque nunc quoque ab ipso Animo ita regitur, ut initio. Prius enim munus cum altero commutavit, quod conspicitur in perpetua mundi custodia.[1]) Ipse non iam

---

exceptis*), sed etiam plantas respirare arbitrabatur. (Cf. Arist. de plant. I, 2. 816, b, 26. Ἀναξ. γὰρ εἶπε ταῦτα ἔχειν καὶ πνοήν (sc. τὰ φυτά).

Causam, de qua sic statuisset, eam fuisse putem, quod has quoque Animo moveri pro certo habuisset. Firmabatur fortasse haec opinio eo, quod nonnullae plantae, si nox appropinquat, simili folia inflectunt modo, quo animalia, quando somnum sunt captura, cilia remittunt.

[1]) cf. Suidas s. v. Ἀναξ. Νοῦς δὲ ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὕλην καὶ νοῦν πάντων φρουρὸν εἶπεν. — Si dixit Anaxagoras, Animum, sicut materiam, omnia custodire, proprie de summo conditore accipiendum est; de animantium vero Animo ita, ut non custodientem solum, sed etiam agentem in iis inesse putarit: custodientem, quoniam Animo relapso res animatae in genuinas particulas resolverentur, agentem verum, quod ipse singulis momentis eas commoveret.

---

*) cf. Arist. de respir. c. 2. 470, b, 30: Ἀναξ. δὲ καὶ Διογένης πάντα φάσκοντες ἀναπνεῖν, περὶ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀστρέων λέγουσι, τίνα τρόπον ἀναπνέουσι· καί φησιν Ἀναξ. μὲν, ὅταν ἀφῶσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν βραγχίων, τὸν ἐν τῷ στόματι γινόμενον ἀέρα ἕλκοντας ἀναπνεῖν τοὺς ἰχθῦς· οὐ γὰρ εἶναι κενὸν οὐδέν. — Non audiendus est Mullach, qui pro colo post vocem ἰχθῦς· (ed. Bekk.) plenam interpunctionem ponens locum sic explanat (l. c. p. 247, a): „Non solum animalia, sed omnes res respirant, eaque ratione aluntur."

Primum enim negandum est, Diogenem, quamquam a metallis vapores humidos (ἰκμάδας) edi attrahique putabat (Alexand. Aphrod. Quaest. nat. et mor. II, 23. p. XVIII. o. Zell. l. c. p. 199 seqq.), omnia respirare statuisse. Nam plantas mentis expertes esse putasse scimus ea de causa, quod auram ab iis non recipi sibi persuaserat. (Theophr. de sensu c. 44. Zell. l. c. p. 200.)

Deinde vero et in antecedentibus de ζῴοις sermo est (Sunt: Δημόκριτος μὲν οὖν ὁ Ἀβδηρίτης καί τινες ἄλλοι τῶν περὶ ἀναπνοῆς εἰρηκότων οὐδὲν περὶ τῶν ἄλλων διωρίκασι ζῴων, ἐοίκασι μέντοι λέγειν ὡς πάντων ἀναπνεόντων· Ἀναξ. δὲ κτλ.) et verba περὶ τῶν ἰχθυων κτλ. satis docent, quid significet πάντα. Quae enim est vis, quam habet argumentum de piscium testaceorumque respiratione ad omnium inanimorum respirationem?

Denique quo modo, si ponis, enunciatum οὐ γὰρ εἶναι κενὸν οὐδέν secundam causam afferre ad πάντα φάσκοντες ἀναπνεῖν, priori causae: περὶ τῶν ἰχθύων κτλ. coniungi potest per particulam γάρ?

movet mundum, sed ad hoc medio quodam utitur. Hoc est turbo vel orbicularis motus,[1]) quo aether et astra in sempiternum agitantur, cuiusque vis et velocitas nimium quantum ab omnibus, quae ἐν ἀνθρώποισι, i. e. apud homines, vel in terra cernuntur, motionibus differt.[2])

Plane aliter se habet animantium Animus. Hic res non externo motu agitat, sed interno: Fr. 5 (7) — ἔστιν οἷσι δὲ καὶ νόος ἔνι. Ipse res movet, quia in rebus inest.

Non quaesivit philosophus, qua ratione et quo iure Animus, quem nulli rei admixtum, solum liberum esse[3]) docebat, in singulis animantibus esse posset; inesse oportere conclusit non quidem iam ex motionis vi,[4]) neque ex eius varietate et libertate,[5])

---

[1]) cf. fr. 6 (8) Ἡ δὲ περιχώρησις αὐτὴ ἐποίησεν ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἀποκρίνεται ἀπό τε τοῦ ἀραιοῦ τὸ πυκνὸν καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν κτλ.

Haec verba ab iis, quae exiguo intervallo antecedunt (in eodem fr.): Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι (sc. ὁ νόος), ἔπειτε πλέον περιεχώρεε καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον — non discrepare credendum est, sed eorum explicationem et quodammodo emendationem continere; — cf. fr. 7 (18) — κινεομένων δὲ καὶ διακρινομένων ἡ περιχώρησις πολλῷ μᾶλλον ἐποίεε διακρίνεσθαι. —

Περιχώρησις Anaxagorea ab Euripide vocatur αἰθέριος ῥύμβος in Pirith. fragm. 593. W., αἰθέριος δῖνος ab Aristoph. Nub. 380, δίνη a Plat. Phaed. 99 B, περιδίνησις a Plut. Plac. phil. II, 13, 3., ἐγκύκλιος κίνησις, περιφορά ab Origen. Philos. p. 14.

[2]) cf. fr. 11 (21). Οὕτω τουτέων περιχωρεόντων τε καὶ ἀποκρινομένων ὑπὸ βίης τε καὶ ταχυτῆτος (coelum et astra puta)· βίην δὲ ἡ ταχυτὴς ποιέει, ἡ δὲ ταχυτὴς αὐτέων οὐδενὶ ἔοικε χρήματι τὴν ταχυτῆτα τῶν νῦν ἐόντων χρημάτων ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλὰ πάντως πολλαπλασίως ταχύ ἐστι· (Initium sententiae deesse putat Zeller, finem Schorn.)

[3]) Fr. 6. — καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μοῦνον αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ ἐστιν (sc. ὁ νόος).

[4]) cf. F. J. Clemens de philosophia Anax. Clazomenii dissert. Berol. 1839. p. 59: „Mens enim, quum sit causa motus in natura omnis, vis autem motrix in nulla re alia magis, quam in animantibus appareat, nil propius erat, quam mentis ea participia facere.“ Sed cur non sidera coelumque mentis participia sunt, si omnium vi et celeritate maxima agitantur? Cf. huius p. nota 2. Origenes. Philos. p. 14.

[5]) A qua hanc doctrinam deducendam esse putare videtur Zévort l. c. p. 130:

sed ex arcta motionis una cum ordinandi, cogitandi, intelligendi facultatibus coniunctione, i. e. ex certa et perpetua omnium Animi qualitatum praesentia.

Huic consentit Breier l. c. p. 77: „Der Geist wirkt, indem er zuerst dem allgemeinen Gemisch Bewegung, einen Umschwung gibt. Dieser Umschwung, von einem Punkte (ἀπὸ σμικροῦ) ausgehend, theilt sich nach und nach weiter mit und bewirkt die Scheidung der Dinge. Obgleich unter der steten Wacht des denkenden Geistes geschieht dieser Process doch nicht unmittelbar durch ihn; es gibt aber eine andere Sphäre in der erschaffenen Welt, wo er sich selbst unmittelbar als bewegend und denkend manifestirt: und dies ist die lebendige Welt, welche die mittelbare Wirksamkeit des Geistes in der Scheidung der Stoffe ebenso voraussetzt, wie bei Aristoteles das Homöomerische dem Organischen zu Grunde liegt.“ [1])

„Dans tous les phénomènes (précédants) l'intelligence n'agit qu'indirectement; elle produit le premier mouvement du ciel; puis les homéoméries séparées manifestent leur propriétés et agissent en vertu de lois immuables de leur nature. Les animaux, au contraire, ainsi que les plantes, sont directement gouvernés par l'intelligence. Cette différence tient à ce qu'Anaxagore considérait les astres comme des êtres purement physiques, des agents matériels non animés. Une impulsion unique suffisait pour rendre compte de la régularité de leurs mouvements; car cette régularité même écarte toute idée d'une intervention nouvelle. Les lois qui gouvernent l'homme et les animaux sont loin d'avoir la même fixité.“

Tamen non sibi constans obscure animadvertisse videtur, sic plantarum Animum explicari non posse. Omisit enim posterioribus verbis: „Les lois qui gouvernent l'homme et les animaux“ addere „et les plantes“, pergitque ita: „Sur ce nouveau théatre de la vie l'action se diversifie de mille manières; la présence du moteur se révèle à chaque instant par de manifestations inattendues,“ quamquam antea dixerat: „Les animaux, au contraire, ainsi que les plantes, sont directement gouvernés par l'intelligence. Cette différence tient à ce qu' etc.“

[1]) Perperam et Breierum et Anaxagoram intellexit Hoffmann l. c. p. 9: „„Breier (l. c. S. 76 ff.) will mit Berufung auf das fünfte Fragment bei Schaubach: „In Allem ist ein Theil von Allem ausser dem Geiste; in Manchem ist aber auch Geist“ ableiten, dass nach Anaxagoras der Geist sich zu den lebendigen Wesen anders verhalte, als zu der übrigen Welt, dass der Unterschied in der Art der Geistesoffenbarung in der Art seiner Thätigkeit zu suchen

Itaque ad Anaxagorae sententiam non ob eam causam Animus inest in rebus animatis, quod se ipsae possunt ab alio ad alium locum movere, — quia etiam plantae Animo praeditae sunt, — neque, quod egregia vi per sempiternum tempus agitantur, — nam coelestia quoque corpora sunt inanimata, — neque vero propterea, quod in gremiis suis continuas mixtiones et segregationes particularum corporearum alentes a magna matre

---

sei, dass also der Process der Bewegung — primam motionem hac voce significari ab Hoffmanno docent sequentia — und des Umschwungs der Materie, obgleich unter der steten Macht des denkenden Geistes, doch nicht unmittelbar durch ihn geschehe, dass es aber eine andere Sphäre in der erschaffenen Welt gebe, wo er sich selbst unmittelbar als bewegend und denkend manifestire, nemlich in der lebendigen Welt, welche die mittelbare Wirksamkeit des Geistes in der Scheidung der Stoffe eben so voraussetze, wie bei Aristoteles das Homöomerische dem Organischen zu Grunde liege. Allein wenn es nichts gibt als der Geist und die Materie, wenn der Geist nichts als Geist und die Materie nichts als Materie ist, der Geist mit der Fähigkeit auf die Materie zu wirken, die Materie für diese Einwirkung empfänglich, dann kann unmöglich primitiv eine andere als eine unmittelbare Wirkung des Geistes auf die Materie gedacht werden,*) und von mittelbaren Wirkungen des Geistes könnte nur dann die Rede sein, wenn den primitiven Wirkungen des Geistes auf die Materie andere folgten, welche als höhere oder intensivere die ersteren zur Voraussetzung haben müssten. Gewiss war Anaxagoras diesem Gedanken nicht fremd,**) und es scheint, dass er durch ihn die Unterschiede der unorganischen und der organischen und geistigen Gestaltungen und Wesen zu erklären versuchte, ohne darum die Gleichartigkeit alles Geistigen aufheben zu wollen. Er unterschied offenbar zwischen dem Geistigen in der unorganischen und in der organischen Natur und nannte das letztere vorzugsweise Geist,***) und unterschied wieder innerhalb der Sphären des vorzugsmeise Geistigen die Stufenfolge des Geistes in der Pflanze, im Thiere und im Menschen.‟“

---

*) Estne haec Breieri sententia? Iterum eum audiamus: „Der Geist wirkt, indem er zuerst dem allgemeinen Gemisch Bewegung, einen Umschwung gibt. Dieser Umschwung, von einem Punkte ausgehend, theilt sich nach und nach weiter mit und bewirkt die Scheidung der Dinge. Obgleich unter der steten Wacht des denkenden Geistes, geschieht dieser Process (i. e. die Scheidung der Dinge) doch nicht unmittelbar durch ihn etc.“

**) At, si secundum Hoffmannum posteriores in materiam agitandam effectus prioribus validiores sunt, plane insana esse verba illa: Ἡ δὲ περιχώρησις αὐτὴ ἐποίησεν ἀποκρίνεσθαι patet.

***) Nimirum ergo Hoffmanno in fr. 5to: ἔστιν οἷσι δὲ καὶ νόος ἔνι, νοῦς longe alius est atque in hoc fragmenti 6ti: νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι, καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων.

terra eodem fere modo nutriuntur, quo orbem illum circularem, a primordio in omne tempus circumactum, ex infinita homoeomeriarum mole, qua cingatur, nova semper incrementa accipere docet Anaxagoras, — nam aër quoque, aether, terra[1]) eadem ratione miscentur et aluntur. Denique non ea est huius placiti causa, quod omnibus, quae vivunt, ordo inest, ab Animo proficiscens,[2]) quandoquidem et ordo et fines et consilia, ab eodem Animo proficiscentia,[3]) item cernuntur in rebus inanimatis.

Sed vera, quam sequebatur philosophus, persuasio, videtur ea esse: Vires facultatesque, quibus praedita sunt animantia, tales sunt, tantumque in modum ab aliarum rerum natura differunt, tam verum aperte iterum iterumque singulas Animi qualitates ostendunt, ut, nisi Animum ipsum, omnis materiae expertem, mundi opificem, iis inesse putetur, nequaquam cognosci possit, quo modo ita se habeant.

Jam patet, Anaxagoram Animum, qui est in animatis, non pro natura a summo Animo discernere. Discrimen igitur, quod inter Animos et Animum statuit, non ad qualitatem, sed ad modum tantum attinet:[4]) Maior vel minor Animus est animantium; infinitus,[5]) gnarus omnium, omnium potens[6]) est conditor

---

[1]) Ut intelligi possit, quomodo terram quoque perpetuo augeri existimare potuerit, considerandum est, Animum opificem providisse putasse, ne infera eius pars habitaretur. cf. Meteor. II, 7. 365, a, 26. Ἀναξ. μὲν οὖν φησι τὸν αἰθέρα πεφυκότα φέρεσθαι ἄνω, ἐμπίπτοντος δὲ εἰς τὰ κάτω τῆς γῆς καὶ τὰ κοῖλα κινεῖν αὐτήν· τὰ μὲν γὰρ ἄνω συναληλίφθαι διὰ τοῦ ὄμβρου, ἐπεὶ φύσει γε πᾶσαν ὁμοίως εἶναι σομφήν, ὡς ὄντος τοῦ μὲν ἄνω, τοῦ δὲ κάτω τῆς ὅλης σφαίρας, καὶ ἄνω μὲν τούτου ὄντος τοῦ μορίου, ἐφ᾽ ᾧ τυγχάνομεν οἰκοῦντες, κάτω δὲ θατέρου.

[2]) cf. Aristot. de an. ed. Trendelenburg. p. 219: „Anaxagoras mentem omnibus animantibus ita fortasse inesse dixit, quod omnibus ordo inest a mente proficiscens. Inest νοῦς, ut loquuntur, obiective, i. e. fines et consilia, tanquam mente concepti in corporis artificio et vitae consensu cernuntur."

[3]) cf. fr. 6 (8). Καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, πάντα ἔγνω νόος· καὶ ὁκοῖα ἔμελλεν ἔσεσθαι κτλ — πάντα διεκόσμησε νόος.

[4]) Fr. 6. νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων.

[5]) Ibid. νόος δέ ἐστι ἄπειρον.

[6]) Ibid. — καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει καὶ ἰσχύει μέγιστον. Cf. Zeller l. c. p. 681.

mundi. Uno hoc dogmate omnes et plurimas res, quibus viventium Animi inter se et a magno fabricatore differunt, fundari posse sibi persuasit Clazomenius.

§. 7.

Animus a semine diversus.

Anaxagoras Animum a materia, et quidem ab aëris particulis, quae plantarum, aetheris, quae ceterorum animantium semina sunt, accurate discernit.

Attamen animadvertendum est, magnam habere probabilitatem, philosophum Animum in rebus ita habitare putasse, quasi tenerrima et subtilissima sit materies. Hoc ipsa eius verba notare videntur: ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον. (Fr. 6.)[1])

Quod vero Anaxagorae discipuli vel auditores Animum pro re plane corporea acceperunt,[2]) id vel eo factum esse videtur, quod philosophus per suam doctrinam ad id adductus est, ut Animum, cui modo qualitates rei infinitae, per se valentis, nulli rei admixtae, solius per semet ipsam exsistentis[3]) attribuerat, paulo post rem subtilissimam et purissimam appellarit, vel quod fortasse asseclae eius, in doctrina de animantium origine seminis ab Animo diversitatem temere positam esse, recte censebant, — quippe ex Anaxagorae sententia Animi in generandis rebus munus fere nullum est — atque ideo eo progressi vel potius regressi

---

[1]) Tamen non hanc, cur tam ambigua dicendi ratione usus sit, causam esse unicam contenderim. Alia profecto esse potest; magna linguae philosophicae eo tempore inopia vocabulorum, quibus substantia usque ad id tempus plane incognita, a materia omnino aliena, omni ex parte circumscribi potuerat. Cf. Schorn p. 27.

[2]) cf. Plut. Plac. phil. IV, 3, 2. Οἱ δ' ἀπ' Ἀναξαγόρου ἀεροειδῆ ἔλεγόν τε καὶ σῶμα (sc. ψυχήν. cf. §. 8). Stob. Ecl. I. p. 796. Iuvabat fortasse hanc opinionem philosophi de omnium animatorum, plantarum quoque, respiratione persuasio. cf. Dissert. p. 21 nota 2; 22.

[3]) cf. fr. 6. init.: Τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν μετέχει, νόος δέ ἐστιν ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μοῦνον αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ ἐστιν.

sunt, ut Animum, omnibus pro natura aequalem, et semina, pro natura diversa, in unam rem corpoream confuderint.[1])

Hoc certissimum est, talem non genuinam esse Anaxagorae doctrinam, quoniam ab ipsius verbis, quibus Animum, pro natura ab omnibus aliis alienissimum, perspicue et luculenter, quin insolentiore perspicuitatis studio[2]) describit, omnino abhorret.

Causa, cur semen rerum ab Animo distinxerit, ex supra dictis facile intelligitur. Aër et aether causae sunt non motus, non intellectus, sed vel frigoris vel caloris.

Causa vero, de qua hos tanquam pro fabricatoribus animantium accepit, est nimirum eadem atque ea, de qua omnia alia, i. e. inanimata, non ab ipso Animo, sed per coniunctiones discretionesque naturalium particularum a turbine profectas facta esse statuit.

Haec tamen causa quae sit, incertum est. Nescio, an ea sit, quod experientia sit doctus, animalia ex animalibus, adeoque semine corporeo generari, ita ut, quum animatorum originem materialibus particulis tribuendam esse sibi persuasisset, nullo modo dubitare potuerit, quin inanimorum formatio per easdem esset facta.[3])

Hinc non iniuste eum Socrates apud Platonem,[4]) Aristoteles,[5]) Plotinus[6]) criminati sunt, Animum quidem tanquam deum

---

[1]) cf. Stob. Ecl. I. p. 56. Ἀρχέλαος ἀέρα καὶ νοῦν τὸν θεόν.

[2]) Pergit enim post verba (p. 27 nota 3.) citata: Εἰ μὴ γὰρ ἐφ' ἑωυτοῦ ἦν, ἀλλά τεῳ ἐμέμικτο ἄλλῳ, μετεῖχεν ἂν ἁπάντων χρημάτων, εἰ ἐμέμικτό τεῳ· ἐν παντὶ γὰρ παντὸς μοῖρα ἔνεστιν, ὥσπερ ἐν τοῖσι πρόσθεν μοι λέλεκται· καὶ ἂν ἐκώλυεν αὐτὸν τὰ συμμεμιγμένα, ὥστε μηδενὸς χρήματος κρατέειν ὁμοίως, ὡς καὶ μοῦνον ἐόντα ἐφ' ἑωυτοῦ.

[3]) Aliam causam esse opinatur Carus (de Cosmo-Theologiae Anaxagoreae fontibus Lips. 1797 p. 26): „Atque videtur eum Anaxagoras, ne quid eius dignitati detraheretur, non cominus sed eminus vim suam in materiam exserere voluisse, eumque omnia uno tanquam ictu commovere, primamque universi causam haberi, quam singulas res ipsum fingere maluisse.“ — Quaeritur autem utrius maior dignitas sit, ipsiusne sine ullo instrumento magnam rerum partem commoventis, an uno ictu singula quoque fabricantis.

[4]) Phaed. p. 98 B. — [5]) Metaph. I, 4. 985, a, 18.

[6]) Enn. II, l. IV. c. 7. p. 162. F.

ex machina induxisse in philosophiam, post vero eum sustulisse, causasque naturales supposuisse dicentes.

Tamen ordinans in rebus movendi vis multo magis perspicua et miranda ei videbatur, quam ut hanc quoque eisdem naturalibus causis effici credere posset.

Itaque non contentus viribus materialibus alteram causam, ab his plane diversam, adduxit, sed ita, ut, generatione absoluta, priore loco poneret. Tum enim semen rerum, cuius naturam calor et frigus indicat, minoris est momenti, motus intelligentiaque maioris.

Si quid ex his concludere libet, Animi a corpore secessio primaria causa esse debet eius, quod nos mori dicimus, Anaxagoras dissolvi, [1]) quia calor sanguinis et aurae frigus per aliquod tempus in corpore remanere potest, si vitalis vis iam aufugit.

Deinde huc pertinent, quae Plutarchus Plac. phil. V, 23, 3 sub titulo: *Ποτέρου ἐστὶν ὕπνος ἢ θάνατος, ψυχῆς ἢ σώματος;* profert: *Ἀναξαγόρας δὲ* (desunt pauca; addita inveniuntur in ed. Duebn.: *κατὰ κόπον*) *τῆς σωματικῆς ἐνεργείας γίνεσθαι τὸν ὕπνον· σωματικὸν γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οὐ ψυχικόν· εἶναι δὲ καὶ ψυχῆς θάνατον τὸν διαχωρισμόν.*

Singulos Animos morte dissolvi ex tota Anaxagorae doctrina recte concludi posse putat etiam Zeller l. c. p. 698 seq.

§. 8.

Animus ab anima non differt.

Dum principiis genitalibus, quod ad matrem attinet, eadem, quod ad patrem, diverso utuntur res animatae, omnes eo simillimae sunt cognataeque, quod altiore et incorporali vivendi cognoscendique principio reguntur. Id principium, quoad pro intima sua natura plane idem est, atque summus mundi opifex, ipsius nomine ornatur ab Anaxagora: cf. fr. 5 — *ἔστιν οἷσι δὲ καὶ νόος ἔνι*, et fr. 6 *Νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι, καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων*, cf.

[1]) cf. fr. 17 (22).

Arist. de an. I, 2. 404, b, 3. — *ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν* (sc. *τὸν νοῦν*) *τοῖς ζῴοις, καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς,* — quatenus non universi, sed singulorum animantium est motor, dicitur *ψυχή*: cf. fr. 6 *Ὅσα τε ψυχὴν ἔχει, καὶ τὰ μέζω καὶ τὰ ἐλάσσω, πάντων νόος κρατέει,* et fr. 10 (4) — *καὶ τἄλλα ζῷα, ὅσα ψυχὴν ἔχει.*

Tamen non omittendum est Aristotelis de hac re iudicium. Cf. de anima I, 2. 404, a, 25. *Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν, καὶ εἴ τις ἄλλος εἴρηκεν ὡς τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς, οὐ μὴν παντελῶς γ᾽ ὥσπερ Δημόκριτος. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῶς ταὐτὸν ψυχὴν καὶ νοῦν· τὸ γὰρ ἀληθὲς εἶναι τὸ φαινόμενον· διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ὅμηρον ὡς Ἕκτωρ κεῖτ᾽ ἀλλοφρονέων. Οὐ δὴ χρῆται τῷ νῷ ὡς δυνάμει τινὶ περὶ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ ταὐτὸ λέγει ψυχὴν καὶ νοῦν. Ἀναξαγόρας δ᾽ ἧττον διασαφεῖ περὶ αὐτῶν· πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς τὸν νοῦν λέγει, ἑτέρωθι δὲ τοῦτον εἶναι τὴν ψυχήν· ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζῴοις, καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς, καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμοτέροις.*

Ibid. p. 405, a, 13. *Ἀναξαγόρας δ᾽ ἔοικε μὲν ἕτερον λέγειν ψυχήν τε καὶ νοῦν, ὥσπερ εἴπομεν καὶ πρότερον, χρῆται δ᾽ ἀμφοῖν ὡς μιᾷ φύσει, πλὴν ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων.*

Haec verba accurate et scite tractat Breier l. l. p. 73 seqq., ne exiguam quidem probabilitatem habere docens accipi posse, mentis animaeque discrimen posuisse iam Clazomenium, refutansque, ut plane Aristotelica, quae Hemsen (Anaxagoras Clazomenius, de vita atque philosophia eius disquisitio Goetting. 1821) p. 94 affirmare conatur: „Quamquam psychologia Anaxagorae magnis laborat difficultatibus, — — hoc tamen certum esse arbitramur, *νοῦν* ipsi fuisse rerum cognoscendarum, *ψυχὴν* vero sentiendi facultatem, ita ut haec vox partem naturae humanae animalem complecteretur.“ Nonnulla Breieri verba apponam:

p. 73. „Da die Seele nicht unter die Dinge fallen kann, sich aber als ein Drittes eben so wenig denken lässt, als die Natur des Geistes erlaubt, sie aus beiden gemischt anzunehmen, so führt die Consequenz nothwendig auf Identität von Seele und Geist hin; und wenn man die Aeusserungen des Aristoteles über diesen Punkt betrachtet, so zeigen sie beim ersten Anblick, dass

er eine solche Identität bei Anaxagoras wenigstens für möglich hält, obgleich er nicht wagt, bestimmt darüber zu entscheiden. Das Resultat seiner Untersuchung, die er im ersten Buche von der Seele hierüber anstellt, ist dies: Anaxagoras scheine Seele und Geist zu unterscheiden, aber er behandle beide als Eine und dieselbe Natur (de an. I, 2. 405, a, 13). Man sieht, Aristoteles gesteht, das Wirkliche sei die Identität der Seele und des Geistes, der Unterschied nur Schein; und der Schein ist allerdings da, wenn Anaxagoras im sechsten Fragmente sagt: „Alles was Seele hat, gross und klein, Alles beherrscht der Geist,“ eine Aeusserung, wie Aristoteles deren wol noch mehr kennen mochte, als wir bei den paar Brocken aus dem Buche unseres Philosophen.“

p. 74. „Bei näherer Betrachtung sieht man, dass Aristoteles den Unterschied von Seele und Geist, den er im dritten Buche seiner Psychologie entwickelt, bei dieser Kritik (de an. l. c. I. 2. 404, a, 25 seq.) schon zu Grunde legt, indem er die Erscheinungen und die Wahrheit einander entgegensetzt und den Geist, oder was er insbesondere νοῦς nennt, in diesem Gegensatz als ein Vermögen der Wahrheit behandelt. Dies Verfahren, welches wir, weil ohne Massstab keine Kritik möglich ist, keineswegs verwerfen wollen, führt uns erst auf den richtigen Sinn der Stelle, welcher am Ende kein anderer ist, als dass Demokrit den Geist, den Aristoteles meint und als ein Vermögen für die Wahrheit bezeichnet, nicht von der Seele trennte, und dass Anaxagoras seinerseits von seinem allgemeinen einigen Geiste nicht eine besondere Seele als Sitz des vegetativen und animalischen Lebens unterschied, wie wiederum Aristoteles thut.“

Anaxagoras igitur non solum id, quod nos „animam“ dicimus, et quidem sensu amplissimo et eam, quae, licet rem moveat, sentiendi facultate caret, et eam, quae hac facultate praedita est, sed etiam id, quod nobis est „mens“, voce Animi eodem modo, quo voce animae amplectebatur. [1])

---

[1]) Quod Philoponus de an. B. p. 16 habet: καὶ Ἀναξαγόρας δὲ λέγων τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, αὐτοκίνητον αὐτὸν ἔλεγεν — ex Brandisii (Handbuch

§. 9.

De Animo maiore et minore doctrina.

Νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων. (fr. 6.)[1] Interpretes diversi diversa ex hac sententia concluserunt.

Qui ex ea colligi posse censuerunt, Anaxagoram Animi copiam a corporis constructione aptam esse statuisse, non animadverterunt, quam ambigue dictum esset illud: *καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων.* Quae vocabula omnino negligi posse putat Zévort l. c. p. 135: „Une même intelligence est répandue dans tous les êtres vivants; car l'intelligence n'est pas multiple; „elle est partout semblable à elle-même (Anax. ap. Simpl. in Phys. Arist. f. 33, 6), identique dans tous les animaux, grands et petits (Simplic. l. c. Arist. de anim. I, 2).""

Inde pergit: „D'où peuvent donc venir les différences entre les animaux et les plantes; à quoi tient l'individualité qu'Anaxagore ne supprime pas? Ce n'est pas à l'intelligence qui est partout la même, mais bien à la partie materielle, à l'enveloppe de l'esprit, aux organes qui limitent son action."

Non intellexerunt, quanti ducendum esset additamentum: *καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων,* ex. gr. Tennemann, Gesch. d. Philos. I. p. 327. „Wenn es eine und dieselbe Kraft ist, durch welche

---

der griech.-röm. Philos. I. p. 264, e) arbitrio, cui assentit Zeller (p. 696, 5) ita corrigendum est, ut pro Ἀναξαγόρας scribatur Ξενοκράτης.

[1]) Mira leguntur apud Plut. Plac. phil. V, 20, 3: Ἀναξ. πάντα ζῷα λόγον ἔχειν τὸν ἐνεργητικὸν, τὸν δ' οἱονεὶ νοῦν μὴ ἔχειν τὸν παθητικὸν, τὸν λεγόμενον τοῦ νοῦ ἑρμηνέα. Manifesto enim non solum dogmate Aristotelico, quo, quod ad mentem hominis attinet, discrimen statuitur inter νοῦν ποιητικόν et νοῦν παθητικόν, mixta sunt et depravata, verum etiam per se plane perversa. Nam si quis — non Anaxagoras, a cuius decreto: νόος — πᾶς ὅμοιός ἐστι omnino abhorrent — Aristotelis philosophiam vel male intelligens vel suo iudicio ex parte mutans hominum praestantiam significare voluisset, vocem ἐνεργητικὸν loco alterius παθητικὸν ponere debuisset et versa vice, ut recte notat Zeller l. c. p. 696, 2, quamquam Tennemann p. 327 nota 52 satis obscure: „wohl etwas Wahres," iis verbis inesse putat.

Menschen und Thiere denken, so muss die grössere Verstandesfähigkeit der einen in einem äusseren Umstande liegen. Uebrigens behauptete auch Anaxagoras, dass ein grösserer und kleinerer Verstand der Qualität nach nichts Verschiedenes sei." —, Ritter in: Gesch. d. Ion. Phil. p. 290:[1]) „Nach seiner Lehre war der Geist überall derselbe, sowohl der grössere als der kleinere, und daher konnte er auch die Verschiedenheit zwischen den Wirkungen des Geistes im Menschen, den Thieren und Pflanzen auch nur in der Verschiedenheit der Werkzeuge finden, welcher sich der Geist in diesen verschiedenen Wesen bedient."

Plane contraria ex loco citato nuperrime deduxit Brandis: Gesch. der Entwickelungen der griech. Philos. I, p. 128, 5. „Ueber das Wie der geistigen Inwesenheit hatte er sich nicht ausgesprochen; dass er sie als räumliche Verbreitung sich vorgestellt, sind wir nicht berechtigt aus den Ausdrücken grösserer und kleinerer Geist zu schliessen; wohl aber folgt daraus, dass er die Verschiedenheiten der Lebens- und Geistesstufen nicht auf die Verschiedenheiten der mehr oder weniger vollkommenen körperlichen Organisation, sondern auf den grössern oder mindern Grad der in ihr wirksamen Geisteserweisung zurückführen musste und die besondere Bestimmtheit des organischen Körpers nur für eine Folge dieser halten konnte."

Omnes eo errarunt, quod plus, quam per verba fieri potest, ex hoc enunciato eruerunt. Hoc quum mira iudiciorum diversitas, tum loci ipsius indoles aperte docet.

Re vera irritum esset, de doctrina Animi maioris et minoris verbum facere, nisi aliud quoddam effatum exstaret. Legitur apud Aristotelem (de partibus animalium IV, 10. 687, a, 7): *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησι διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζῴων ἄνθρωπον.* — Hoc effatum notissimum et celeberrimum ab omnibus fere viris doctis ita explicatur, ut Anaxagoram de

[1]) Recte tamen in: Gesch. d. Philos. I. p. 318 (ed. pr.) argumento utitur placito de hominum principatu, post tractando.

artificiosiore et perfectiore corporis structura maiorem Animi copiam aptam esse statuisse putetur.[1])

Primus, nisi fallor, qui longe alio sensu id accipiendum esse censuit, est Zeller l. c. p. 695 seq.: „Aller Geist ist sich ähnlich, aber der eine ist grösser, der andere kleiner. Wenn man jedoch geglaubt hat, er habe deshalb alle Unterschiede der geistigen Begabung auf die Verschiedenheit des Körperbaues zurückführen müssen, so können wir dies nicht zugeben. Er selbst redet ja ausdrücklich von einem verschiedenen Mass des Geistes, und dies ist auch nach seinen Voraussetzungen ganz folgerichtig. Auch wenn er sagte, der Mensch sei deshalb das verständigste von allen lebenden Wesen, weil er Hände habe, wollte er den Vorzug einer höheren geistigen Anlage wohl nicht ausschliessen, sondern es ist nur ein gesteigerter Ausdruck für den Werth und die Unentbehrlichkeit des körperlichen Organs.“[2])

Talem sensum per se verba habere posse, nemo negabit. Etenim hac loci interpretatione sententia efficitur, quae cum altera, a plurimis et antiquissimis viris accepta, ita cohaeret, ut ex ea necessario consequatur. Id certissimum esse videtur, si hoc, non vulgari sensu locum explicemus, nihil omnino de ratione illa inter Animum et corpus intercedente posse dici.

Tamen non minus certum est, locum sic recte expediri non posse, nisi certam gravemque habeamus causam, propter quam hac explanatione pro vulgata utendum esse iudicemus. Hanc vero neque Zeller neque Brandis[3]) affert, neque ipse invenio.[4]) Causae

---

[1]) cf. Tennemann l. c. p. 326 seq. Ritter Gesch. d. Jon. Phil. p. 290 seq. Gesch. der Phil. p. 318. Schaubach p. 188. Schorn p. 32. Breier p. 77. Zévort p. 135.

[2]) Zellerum secutus est Brandis post verba modo citata (Gesch. d. Entw. I, p. 129) sic pergens: „Nur die Unentbehrlichkeit vollkommnerer Organisation wollte er bezeichnen, wenn er behauptete, der Mensch sei das vernünftigste der lebenden Wesen, sofern er Hände habe.“

[3]) Hunc vero patet multo minus esse audiendum, quia hanc loci explicationem placito illo de Animo maiore et minore, false intellecto, fulcire videtur. Cf. Gesch. d. Entw. I, p. 128, 5 seq. (Diss. p. 33.)

[4]) Nam de loco apud Plut. de fortuna c. 3, ubi auctor, animo ad variarum

autem, de quibus antiqua interpretatione acquiescendum esse credam, sunt, quae sequuntur.

Primum Aristoteles, propriam Anaxagoreae philosophiae indolem nimirum accuratius perceptam habens, ista verba perperam intellexisset, atque Anaxagoram iniuste carpsisset, verbis modo (p. 33) citatis haec addens (de part. anim. IV, 10. 687, a, 9): *Εὔλογον δὲ διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι χεῖρας λαμβάνειν. Αἱ μὲν γὰρ χεῖρες ὄργανόν εἰσιν, ἡ δὲ φύσις ἀεὶ διανέμει, καθάπερ ἄνθρωπος φρόνιμος, ἕκαστον τῷ δυναμένῳ χρῆσθαι. Προςήκει γὰρ τῷ ὄντι αὐλητῇ δοῦναι μᾶλλον αὐλοὺς ἢ τῷ αὐλοὺς ἔχοντι προςθεῖναι αὐλητικήν· τῷ γὰρ μείζονι καὶ κυριωτέρῳ προςέθηκε τοὔλαττον, ἀλλ' οὐ τῷ ἐλάττονι τὸ τιμιώτερον καὶ μεῖζον. Εἰ οὖν οὕτως βέλτιον, ἡ δὲ φύσις ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖ τὸ βέλτιστον, οὐ διὰ τὰς χεῖράς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος φρονιμώτατος, ἀλλὰ διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων ἔχει χεῖρας. Ὁ γὰρ φρονιμώτατος πλείστοις ἂν ὀργάνοις ἐχρήσατο καλῶς, ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά· ἔστι γὰρ ὡσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων κτλ.* [1])

Deinde tota doctrinae Clazomenii natura tantum abest, ut cum sententia sic explanata certet, ut novum argumentum accipere videatur.

Totus enim propemodum philosophus in naturali philosophia haerebat, totus ab oculis experientiaque erat suspensus, et quamquam primus erat, qui divinam atque incorpoream essentiam reperit, tamen non nisi extrinsecus eam adduxit.

---

belluarum vires facultatesque, quibus homines vincerent, attento, monet, ut non solum miremur, quales sint quantaeque, verum etiam cognoscamus, ποῦ τὸν ἄνθρωπον ἡ φρόνησις αἴρει, καὶ τίνων ὑπεράνω ποιεῖ, καὶ πῶς κρατεῖ πάντων καὶ περίεστιν — tumque haec annectit:

Οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες οὐδὲ παλαισταί,
Οὐδὲ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν,

ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀτυχέστεροι τῶν θηρίων ἐσμέν· ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ μνήμῃ καὶ σοφίᾳ καὶ τέχνῃ κατὰ Ἀναξαγόραν σφῶν τε αὐτῶν χρώμεθα, καὶ βλίττομεν καὶ ἀμέλγομεν καὶ φέρομεν καὶ ἄγομεν συλλαμβάνοντες. —

nullum argumentum peti posse, certe Zeller, qui hunc locum ad ultima verborum suorum p. 34 citatorum ascribit (p. 696 nota 4), ipse intellexit, his eum verbis apponens: „Darauf weist auch, was Plut. de fortuna etc. hat."

[1]) cf. Plut. de fraterno amore c. 2.

Si igitur Animi indolem nondum penitus perscrutatus est — quod quum eo elucet, quod essentia reperta ex una parte velut certa persona, ex parte altera velut materia quadam sive incorporali vi [1]) utebatur, ita ut eximiae inconstantiae accusandus sit, tum ex eo, quod in doctrina de animatis omnem Animi diversitatem in modo Animi ponens diversas diversarum animantium vires, ut supra demonstratum est, nondum intelligebat [2]) — contra materiae potentiam dignitatemque super modum extulit, ut vel primordii animatorum causam esse statueret, non parvam probabilitatis speciem habere videtur, in animatis ab externo corporis habitu Animi vim dependere docuisse.

Ad hanc causam, quae in insigni, quem materiae tribuit, loco cernitur, accedit altera, cum ea arcte cohaerens, quae ratione efficitur, quam propter eandem potentiam inter materiam et Animum interesse putabat.

Etenim, postquam Animus vim suam in materiam exseruit, et Animus in formandis rebus a materiae, quam neque augere neque perdere potest, natura impeditus est, et mundi rerumque singularum non tam motio, quae turbinis est, quam conservatio [3]) ab Animo est apta, ita ut mundus et res, quas continet, aequo modo ab Animo atque a materia dependeant, quod expressum

---

[1]) cf. Zeller l. c. p. 683 seqq.

[2]) Locus apud Plutarchum, modo (p. 34, 4; 35) citatus, non repugnat. Non enim putandum est dici, animalia humani Animi qualitatibus carere, sed, licet omnes easdem habeant, habere modo minore. Cf. Danielis Wyttenbachii Animadverss.

[3]) Longe aliae ex. gr. Platonis et Aristotelis de hac re sunt sententiae. Nam, etsi neque hic, neque ille deum materiam creasse docet — Plato, quia materiam pro re non ente, sed entis simili habet, Aristoteles, quia materiam non vere „ens", sed, quae „ens" esse possit, esse docens deum semet ipsum contemplando beatum facit — secundum Platonem nulla est mundi neque per summum deum neque per demiurgum conservatio, quoniam, et anima et corpore mundi a demiurgo factis, ita comparatus sit, ut per se in sempiternum tempus maneat; ex Aristotelis vero cosmologia deus res neque cognoscit, neque providet eis, neque tempus erat, quo motione materiam ordinavit, sed res ipsae summa dei naturam aequandi cupidine commotae inde ab aeterno tempore perpetua motione agitantur.

legitur apud Suidam s. v. *Ἀναξ.* — *ὕλην καὶ νοῦν πάντων φρουρὸν εἶπεν.*

Itaque quadammodo sibi constabat Anaxagoras, quandoquidem, Animo et universa mixtione pro rebus infinitis acceptis, maiorem et minorem Animi partem in philosophiam inducens, in doctrina de rebus animatis talem Animi et corporis rationem esse censebat, ut et corporis structura formaque ab Animi copia et haec ab illa suspensa sit.

Denique in aperto est, sententiam, quae evadit, si recentissimorum virorum explicationem sequamur, nullius fere esse momenti, quia rem per se satis notam significet. [1])

Apparet, hac, quam tuiti sumus, doctrina in describendo hominis prae ceteris principatu ita uti potuisse philosophum, ut diceret, hominem prudentissimum esse, quia manus haberet, praestantioris corporis structurae testes certissimas.

Sed, si versa vice ita dixisset: homo manibus utitur, quia prudentissimus est, nonne idem notasset?

Considerandum est, si re vera hoc dixisset, longe aliud significasset Anaxagoras, quam quod Aristoteles, huius Anaxagorae enuntiati castigator, exprimere volebat.

Anaxagoras enim idem dixisset, quod per verba, quae tractamus, re vera dixisse censemus; quia non solum essentiam incorporalem a corporea, sed etiam hanc ab illa aptam esse putasse arbitramur.

Itaque quaeritur, cur non sic dixerit, ut Aristoteles poscit.

---

[1]) Neque impedit, quod Syncellus Chron. 149. c. habet: Ἑρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τοὺς μυθώδεις θεοὺς νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην, ὅθεν καὶ τὸ

Χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύμητις Ἀθήνη.

Nam et, manibus nullo modo carere posse hominem, summa necessitate consequitur ex loco, qui apud Arist. legitur, si vulgari modo explicatur, et pondus huius versus, ut praecedentia verba indicant, non tam cernitur in χειρῶν ὀλλυμένων quam in πολύμητις Ἀθήνη, hoc sensu: Ipsa Minerva, quoniam Anaxagorae eiusque asseclis nihil aliud est, atque summa rerum formandarum vis, manibus privata in malam rem abit.

Causam hanc esse opinor.

Anaxagoras Animi indolem minime accurate cognovit, corporis contra, quod conspicere poterat, naturam multo accuratius. Deinde ipsum superlativum φρονιμώτατος, quae vox idem valet atque νοῦν μέγιστον ἔχων, ex propria eius doctrina fluxisse animadvertendum est. Itaque, quod homines, qui ex vulgari opinione soli sapiunt, ex sua doctrina maximo Animo instructi sint, eo probat, quod praestantissimis membris uti eos dicit. Id enim explicatione egebat, quomodo prudentissimus esset homo, non illud, quare manus haberet. Videmus ergo, — quod Claxomenio, physiologo magis, quam philosopho, maxime consentaneum est, — de eo, quod certum, notum promptumque erat, argumenta peti eius, quod incertum, absconditum minimeque erat exploratum.

Aristoteles autem, qui hanc inter Animum et corpus rationem nullo modo esse vult, Anaxagorae sententiam perstringens, quia recta sententia, mutatis mutandis, ea sit: διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζῴων ἔχει χεῖρας (ὁ ἄνθρωπος), plurimum differt ab eo, quod Anaxagoras, si ipse quoque, quod per doctrinam licebat, dixisset, notasset.

Aristoteli enim materia omnia, quae sunt, non in se continet, e contrario στέρησις, s. privatio est omnis οὐσίας. Etenim materia, quae Anaxagorae est id, quod est, secundum Aristotelem medium quoddam est inter ens et non-ens, nempe id, quod quid esse potest, quod aptitudinem ad omnia habet, ita ut ratio, quae inter materiam et formam intercedat, eadem sit, atque ratio inter δύναμιν et ἐντελεχείαν.

Itaque Aristoteli sententia Anaxagorae, ut vult, mutata, significat: Vera causa, de qua homo omnibus ceteris antecellit, nullo modo est etiam materia, sed sola forma, quae, quod ad hominem spectat, est ψυχή, cuius pars est νοῦς, [1]) quem homo non, ut alteram animae partem, cum ceteris animantibus communem habet.

Ex hoc Anaxagorae effato sic explicato, quando ad doctrinam

---

[1]) cf. Zeller II, 1. p. 441, 3.

de animatorum generatione respicimus, liquet, Animi copiam generali modo a semine animantium dependere. [1])

Diversa enim aëris et aetheris natura fit, ut totum rei animatae corpus certum genus proprietatemque induat, ita ut rei ipsius natura impedimento sit, ne Animus maior vel minor in ea sit, quam quem natura rei ipsius patiatur. Namque aetheris semen maioris Animi rem gignere, quam aëris semen, inde efficitur, quod aetheris qualitates perspicuitatis, levitatis, tenuitatis, per se perfectiores sunt, quas Anaxagoras unici Animi naturae propiores esse eo significat, quod ipsum mundi conditorem subtilissimum et purissimum (*λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον* cf. fr. 6) vocat. Ita plantarum humilior natura prohibet, quominus Animus in eis maior sit, quam in ceteris animantibus.

Doctrinam de ratione inter Animum et sensus intercedente legas apud Zellerum l. c. p. 699 seqq.

---

[1]) Gradum perfectionis naturae aptum esse in universum a seminum qualitate putasse philosophum, suspicatur etiam Zeller l. c. p. 697, nota 5.

Corrigenda.

Pag. 2 nota 3 l. 1 pro Fr. 3 lege Fr. 2.
„ 7 nota 1 „ 9 „ ῥεῖ: „ ῥεῖ;
„ 14 „ 13 „ τε „ τι
„ 21 nota 1 „ 1 „ Ἐκεὶ „ Ἐπεὶ.